

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Collegia iuris canonici ad libros V. decretalium - Cod. Ettenheim-Münster 74**

**Gregor <IX., Papst>**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber I

[urn:nbn:de:bsz:31-108622](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108622)



10  
Liber 1.  
Decretalium

Titulus 1.  
De Summa Trinitate, et fide  
Catholica

Cap. 1. hoc tit. declarat et confitetur Sancta  
mater Ecclesia, Sanctissimam Trinitatem, eamque  
secundum communem essentiam indivisam, et  
secundum personalitates proprias distinctam esse.  
Patrem à nullo filium à Patre genitum, et Spiritu S.  
ab utroque procedentem, consubstantiales, coequales, co-  
omnipotentes, coeternos, unum unumque foris tam visi-  
bilem quam invisibilem principium

Pater prima perso<sup>na</sup> dicitur, eo quod Lt pri<sup>mo</sup>  
cipium sui principis filium ab aeterno generans  
Filius 2<sup>da</sup> persona nuncupatur, cuius na-  
turalitas duplex est, una secundum divinitatem, in quantum  
nempe ab aeterno à Patre genitus est; sicut enim  
mens nostra se ipsam intelligit, sui efformat  
imaginem, sic Deus; quantum saltem divina hu-  
manis conferri possunt; se ipsum intelligens ver-  
bum aeternum generat. Altera est secundum hu-  
manitatem, quando nimirum conceptus ex spiritu S., Na-  
tus ex Maria V., et homo factus est.

Quod vero Filius in Symbolo Fidei non vi-  
si à Spiritu S., et in dicto C. d. h. t. Communiter  
à tota Trinitate incarnatus dicatur, ita intelli-  
gendum est, ut licet omnes 3. personae concurrerint  
in rebus creatis agit; nihilominus incarnatio spacia-  
lis Spiritui S. qui amor dicitur, tribuatur, quia Deus  
per eam immensum erga nos amorem apertius ostendit.

Tertia denique in Trinitate persona est Spiritus  
S. sic appellatus, sive, quod per mutuum Patris et  
filii amplexum spiraretur, procedat; sive, quod ipse  
Spiritus S. in nos vitam spirituale infundat.  
Et hunc etiam Deum esse testantur S. paginae  
1. Jo. 5. act. 5. et alibi passim.

Circa alteram Rubricam partem, que de fide  
Catholica inscribitur, sciendum est, quod fides Catholi-  
ca dicatur, quam Ecclesia Catholica; id est Universalis;  
ac Romana nobis proponit; ~~et~~ ~~et~~ ~~et~~ Et haec



- continetur partim in libris Bibliis, partim in tradi-  
tione, ac definitione Ecclesiarum.
7. Quae vero libri Biblii haberi debeant pro Au-  
thenticis definit Concilium Trid. sess. 24. de Can.  
Script. ubi in Decret. da Edit. et Vsu. sac. l. 6.  
tenere prohibet, ne quis S. Scripturam contra con-  
mune Ecclesiarum sensu interpretari, aut ea ad usum  
vicio subiecto vel inhonestos applicare presumat.
8. Vetat Gaspar, ne ullus Liber sine nomine  
Authoris, et approbatione Ordinarii imprimatur.  
7. Statuit, ut pro Regularibus vero, et pro Ordinarii approbatio-  
nem, etiam licentia Superiorum accedat.
9. Proterea Ex eodem Concilio sess. 24. de Refor.  
c. 1. Professionem Fidei Catholicae facere tenen-  
tur promoti ad Episcopatum, ad quam etiam  
obligantur promoti de beneficiis, quibuscuq; cu-  
ram animarum habentibus, ut constat ex eadem  
sess. c. 12. Quibus Concilii Statutis Pi-  
us IV. in Bulla Injuncta, et Pius V. in Bulla  
In Sacrosancta addidit, ut eadem fidei professio  
emitteretur ab illis qui de bonis Regularibus  
providentur. Denique ad hanc fidei professionem  
tenentur omnes, qui docere in universitatibus docere,  
aut ad Doctoratus gradum promoveri voluerint.
10. Qualiter vero, et quando quilibet homo Chris-  
tianus obligetur ad internam, vel externam fidei  
professionem, videantur Theologi, specialiter vero  
Paulus Layman in Theol. mor. l. 2. tr. 1. c. 9. et seqq.

## Titulus 2.

### De Constitutionibus

## Quid et quotuplex sit Constitutio, et quanam eius causa.

1. Cum constitutiones: quo nomine venit Lex posi-  
tiva scripta: in jure naturali fundamentum habeant,  
ideo prenotare oportet, hoc jus naturale dividi in  
primarium et secundarium. Primarium, seu materiali-  
ter sumptum, est, quod natura etiam bruta animalia  
docet, seu quidam instinctus omnibus animalibus indi-  
tus, ut v. g. maris et foeminae conjunctio, proli, educatio,  
contra violentum aggressorem defensio. Secundarium  
est, quod a ratione dependet, uti sunt liberorum heres-



11  
3  
ditaria saltem quò ad legitimam successio, pactorum,  
et contractuum observatio, alieni injuriæ damni evi-  
tatio c. Gratianus in princ. d. j. satis apte hoc  
jus et dicitur in illo precepto constituit, quo quisq; ex  
Matth. 7. jubetur alii facere, quòd sibi vult fie-  
ri, et prohibetur alii inferre, quòd sibi nolit  
fieri. Supple tamen, ut hoc volitis, vel nolitis  
sit secundum rectam rationem, non ex inordinata affec-  
tu. Vide si uxorem à filio mihi donari contur-  
aureos, non propterea ego tenerer ipsi Filio <sup>hanc</sup> ~~grati-~~  
am summam tribuere; quia hoc voluntas, ut  
nempe alter mihi bona sua gratis, atq; adeo cur suo  
damno ~~ex~~ dat, non est secundum rectam rationem.

Porro jus naturale. Secundarium etiam jus  
gentium vocatur; eo quòd omnibus gentibus  
inditum sit. Et hoc iterum duplex est prima-  
rium et secundarium. Primum est ipsum jus na-  
turale secundarium, seu ipsa illa ratio, <sup>quæ</sup> ~~suapte~~ na-  
tura ei absq; ullo disursu justum ab injusto dis-  
cernit. Secundarium vero est, quòd per disursum  
necessitate hominum ita exigente introductum est.

Et pertinent, quæ referuntur in c. Jus Gentium  
q. d. 1. et in c. ex hoc jure s. ff. de j. et j.  
ubi habetur: ex hoc jure Gentium introducta bella,  
id est, jus belli ad vindicandas injurias, vel damnum  
illatum, discretæ gentes, regna condita, dominia  
distincta, agris termini positi c. Hoc enim videbantur ne-  
cessarii, sine ut justitia locus esset, sine <sup>ut</sup> amicalis so-  
cietas, pax et tranquillitas inter homines servarentur.

Colliges iam obligationem, quæ oritur ex contractu  
esse de jure natura et gentium primario; modum autem  
contrahendi jure secundario introductum; prescriptionem  
vero, litterarum obligationem, ac stipulationem, s. de qua  
infra tit. 35. n. 15. Juris Civilis inveniunt esse. Plu-  
rimum autem interest sit ne aliquid precise juris  
positivi humani, an juris naturalis? Nam quæ juris  
naturæ sunt semper in conscientia obligant c. ult. de  
consuetud. Leges vero humanæ quandoq; solum in foro æternæ  
stringunt, ut postea dicemus. Item quæ juris naturæ  
sunt, contra legem aut consuetudinem pro arbitrio abro-  
gari nequeunt d. d. c. ult. de consuet. Secus vero illa, quæ  
juris tantum sunt humani c. j. h. 4. in 6.

Dixi pro arbitrio, Nam non raro propter circumstantias ac pro-  
cipue ratione boni publici, ea quæ sunt de jure Nature.



vetita sunt per Authortatem publicam licita, ut patet ex praescriptione, de qua inferius plura. Et hoc voluit Ulpianus, quando in l. Jus Civile tit. 6. ff. de J. et J. dixit, jus naturali aliquid addi et dari posse. Hinc de Jure natura, et Gentiu, nunc ad Legem positivam progrediamur.

3. Lex itaq, positiva est constitutio Scripta, ut ait Iffidorus in c. 3. dist. 1. quam dare necesse fuit, ut effrenata hominum cupiditas in vitia prona coereretur.

4. Duplex est Divina et humana. Divina a Deo data est: et est vel veteris vel Novi Testamenti. Legum Veteris Testamenti, alia sunt ceremoniales, quae nempe ad Divinum cultum spectabant; alia judiciales, quibus jus populo Judaico dicebatur: alia morales, quae ex dicamine rationis naturali procedunt, ut sunt praecepta decalogi.

5. Ceremoniales Leges, quae praefigurabant Messiam, iam non solum mortuae, sed etiam mortiferae sunt, vides et amplius recipere nequeunt, ut docent Communiter. Judiciales vero licet jam non alligent, possunt tamen introduci, c. 1. de Homicid. Morales denique, cum sint Juris Naturalis vim obligandi amittere nequeunt. Ceterum aliqua sunt Leges mixtae, quae partim sunt ceremoniales, seu judiciales, partim morales, ut Decima, prout infra l. 3. §. 30. n. 2. dicitur.

6. Leges Divinae N. Testam. sunt, quae à Christo Domino constitutae sunt, ac ab ipso, aut ab Apostolis promulgatae. Quando vero ipsi Apostoli tanquam Primitives, ac Apostolice Ecclesiae multa separatim à praeceptis Divinis pro rationabili fidelium directione statuerunt, ut videtur ex Canonibus Apostolorum. Item in Epistola Pauli ad Tim. 3. et ad Tit. 1. Circa Bigamiam, et Similia, quae non pro lege Divina, sed solum Ecclesiastica agnoscentur. Hinc de l. divina, nunc ad Legem humanam pergamus.

7. Lex humana describi potest, quod sit recta agendorum ratio à publica potestate communitati denunciata, cui voluntate ea perpetuo obligandi. Duplex est, Ecclesiastica, quae à potestate Ecclesiastica, et Saecularis, quae à Magistratu Saeculari fertur. Utraque vel est generalis, vel particularis. Generalis est, quae à summo principe pro tota sua ditione lata est; particularis vero, quae



a Pralato, uel Principe Superiora recognoscente pro-  
 manat.  
 Dixi 1. legem esse recta agendorum rationem, hoc est, lae  
 debet esse honesta, iusta possibilis, in bonum commune ordinata.  
 Et c. 2. d. 4. Et materia et finem legis. Ceterum  
 si dubitatur de Legis iustitia, lex iusta censeri de-  
 bet atq; adeo seruari debet, ut omnes docent Theologi  
 Dixi 2. a publica potestate. Ex quo causa effi-  
 cians denotatur, simulq; privati homines a ferendis le-  
 gibus excluduntur. Dixi 3. cum voluntate eos obli-  
 gandi. Ecce causa formalis, et effectus legis, debet  
 namq; Legislator iis uti uerbis, qua proceptis non  
 uero consilium si important, ut inde obligatio anas-  
 catur.

S. 11

De causa materiali et efficiente

Nota, Talem Legem Materiam esse, <sup>debet</sup> iusti in- 9  
 perari, prohiberi, permitti, uel <sup>ipsa lex</sup> transgressores punire  
 possunt. Possumt igitur <sup>ipsa lex</sup> praecipere non solum iusti-  
 tiam actus, ut reddere cuiq; suum, sed etiam opera alia-  
 rum uirtutum, nec non media, qua ad eas consequendas  
 ordinantur, dum modo ea uirtutum opera non sint ualida  
 ardua, prout sunt consilia Evangelica.

Ex aduerso possunt illa omnia prohiberi, qua huius- 10  
 modi uirtutibus aduersantur \* quemadmodum et per- 11  
 mitti possunt ea, qua iusta et honesta sunt. Imo ali- 12  
 quando in honesta ad uitanda maiora mala impune tole-  
 rantur, ut colligitur ~~de iur. d. 23. q. 1. c. 1. d. 1.~~  
 dist. 13. ~~et c. 22. q. 1. c. 1. d. 1.~~ \* Dumtaxat Leges punire pos-  
 sunt transgressores. frustra enim Lex prohibitoria adere-  
 tur nisi: Reus poenam infligere possit. \* Sunt autem 13  
 quaedam delicta iusti fori, quibus da a iure Caro-  
 nico, quam Civili certa, uel arbitraria poena sta-  
 tuta sunt. Sed de his plura in lit. de poenis tradun-  
 tur.

4 ubi dicitur: Duo mala  
 licet sint praecauenda  
 tunc si periculi ne-  
 cessitas ex his uari-  
 12) perpetrare compu-  
 lerit id debemus  
 13) resolvere, quod mi-  
 nori neque nosci-  
 tur obligare.

Quaes hinc an actus interni, uel occulti praecipiant aut pro-  
 hiberi possunt? Q. 1. Actus merè internos, cum huma-  
 num iudicium subterfugiant, nec praecipiant nec prohiberi  
 possunt. Et certe l. 14. ff. de Poenis. in. c. cogitationis  
 14) de Poenit. dist. 1. dicitur, quod cogitationis poenam  
 puta in foro externo si nemo patiatur. Q. 2. Actus  
 occultos externos, seu extra mentem consummatos subicienda  
 potestati legislatiua, ut omnes docent; Hinc qui libros haereti-



16. Jam legerit, excommunicationem Bulla coena sub ea  
Bulla recepta est: / incurret. **R.** 3. Actus externos  
qui ad sui substantiam requirunt actus internos, praecipere posse, ac  
proinde actus internos saltem indirecte subiacere potestati le-  
gislatoriae; Si enim Ecclesia potest praecipere v.g. sacramento-  
rum administrationem, potest etiam saltem indirecte praecipere, id  
quod est cum aat. consecrati, ut intentionem, contributionem & de  
consequens enim idem est iudicium. Haec de causa materiali  
legis nunc de efficiente.

17. **Causa itaq. efficiens, ut iam diximus, est publica potestas,**  
nampe in statu Ecclesiastico Papa, et reliqui Praetati;  
In statu saeculari, Imperator, et alii principes in suis  
ditionibus.

18. **Summus Pontifex in materia Spirituali pro**  
universa Ecclesia leges ferre potest ex Math. 16;  
quibus haeretici cum per Baptismum in Ecclesiam  
ingressi sunt, etiam subduuntur; sicut dicendum de Judaeis, et  
paganis, iuxta illud 1. Cor. 5. quid mihi de iis, qui  
foris sunt iudicare?

19. **Idem possunt Concilia generalia Oecumenica.**  
At concilia provincialia, ultra provinciam, et diocesanas  
ultra diocesim non extenduntur; **Nec sine auctoritate**  
Papa contra jus commune aliquid statuere possunt, arg.  
Clem. 4. in princ. de elect.

20. **Dicitur quidam Episcopus in sua Diocesi ea posse, quae**  
Pontifex in tota Ecclesia, id tamen intelligi cum de-  
pendentia et subordinatione ad Papam tanquam superio-  
rem, et salvis illis, quae ipsi Papa specialiter re-  
servata sunt.

21. **Sed quae potest cum Panormitano in c. ult. de consuet.**  
arg. 1. cur Imperator potius principibus saecularibus  
concedere soleat, ut in suis terris possint contra jus  
commune civile statuta edere, quam Pontifex Episcopis.  
2. Cur in aliqua Diocesi possit contra jus commune  
canonicum introduci consuetudo, non vero statutum.

**R.** Ad 1. id fieri, quia majus est periculum in abrogatio-  
ne juris communis Ecclesiastici, quod ordinatur ad sa-  
lutem animarum, quam in abrogatione juris civilis, quod  
solum spectat statum externum politicum. **R.** ad 2. quod  
consuetudo, si sit rationalis, tacite approbatur a  
ma. principibus c. fin. de consuet. non vero statuta Epis-



13 7.  
corporum quia contra decreta papalia aliquid statueret fa-  
cit ambitionem. Adde, quod difficilius sit tollere consue-  
tudinem inveteratam, quam legem particularem.

Legati Sedis apostolicae etiam statuta facere pos- 20  
sunt in provinciis sua legationis, quae durant etiam post  
officium eorum finitum, cap. ult. de offic. leg.

Capitula Cathedralium Ecclesiarum Sede Episco- 21  
pali vacante, quia succedunt in jurisdictione Episcopi  
statuta quidem facere possunt, ut circa negotia ipsum  
Capitulum concernentia: si non vero circa talia, per quae pra-  
judicatur juri vel redditibus Episcopi: poterit tamen ea  
Episcopus, non secus ac alia statuta suorum antecessorum  
in causa rationabili, revocare, quia Capitulum vel anteces-  
sor non potest Episcopo successori legem perpetua praefige-  
re: cum par in parem non habeat imperium, c. 20. de elect.

Aliquando vero Capitulares Sede vacante, speciali pacto, 22  
aut juramento se obligant, ut quisquis in Episcopum eligendus  
suerit, certa statuta observet: et ad haec Episcopus tenetur  
nisi forent aperte in prejudicium canonum, vel Ecclesiae, vel ani-  
marum c. ult. de pactis. Barbos. in c. 24. de jurejur.

Ordines etiam Religiosi, eorumque Praebati statuta facere pos- 23  
sunt, ad quae tenentur Religiosi, si sint proportionata regula  
quam ipsi Religiosi professi sunt, et maxime si tendant ad ea  
tollenda, quae sunt contraria disciplinae regulari, et profectui  
spirituali, ad quem obligantur Religiosi. Id facile evincitur  
ex eo, quod Praebati sub gravi teneantur sollicitam impen- 24

dere curam, ut subditi magis ac magis in spiritu pro-  
ficiant: et evincitur etiam ex Trid. quod sess. 25  
c. j. de regul. decernit, ut Regulares ad regula, quam  
professi sunt, praescriptam vitam componant, et ut om-  
nis cura ac diligentia a superioribus hac super re  
adhibeatur.

Ceterum quid sit sentiendum circa Capitula regularium, vel  
Collegiatarum Ecclesiarum, sede vacante, non una est DD.  
sententia. Nos arbitramur in his praecipue attendenda esse  
locorum consuetudinem, quamvis probabilius videatur, hujus-  
modi Capitula etiam tunc quaedam statuta condere posse.

S. III

De obligatione legum in utroque foro 25

Quaeritur I. An legislator sua lege obligetur?

R. affirmativè, si leges illae versentur circa jus  
divinum et naturale, quia his juribus subiacet omnis homo.



- 27 *q. 2. negative si leges illae sint mere humane & solum populum concernant. cum distinctione tamen inter vim coactivam & directivam; nam si tales sint leges, etiam principem teneant, ut sunt v.g. furem detinere, Jejunium Euseb. abstinentiam & vi quidem coactiva non tenetur, cum nemo sit qui cum cogit, ab vi directiva, hoc est de ditamine ~~quod~~ recte rationis obligatur; turpis est enim omnis pars suo universo non congruens c. quo contra 2. 3. 8.*
- 28 *Quest. 2. utrum peregrini obligentur legibus illius loci, per quem transierunt? q. 1. eos verius tenent legibus humanis, quoniam licet forsitan quaedam earum in patria contraria consuetudine abrogata essent, quia consuetudo contra jus commune cum sit adiosa extra locum non extenditur;*
- 29 *unde licet in Hispania moris sit sabbato comedere in festiva animalium, si tamen Hispanus v.g. per Galliam transierit, illic ab eis abstinerere tenetur.*
- 30 *Nec diu modis tempore a suo loco absentem fictione juris reputari adhuc pro presenti, ac providere illius consuetudini gaudere. Nam contra est, quod haec fictio juris non semper procedat, aliis qui extra diocesim modico tempore latu ferri possent, quod tamen est contra c. 2. h. l. in h. igitur solum procedat in casibus iure expressis, quorum speciem iura beneficia exhibet Trid. sess. 23. de Ref. et*
- 31 *q. 2. peregrinos statutis locorum particularium probatim non ligari, quia in illos ob brevem hospitii moram deficit ordinaria jurisdictio. arg. l. heres absens. ig. d. 2. ff. de iudicis ergo et legum obligatio, quae iurisditionem supponit.*
- 32 *Exige tamen pro nisi violando leges loci alius darent scandalum.*  
**II.** nisi in loco paulo diutius v.g. per aliquot hebdomadas vel menses remanere intendant; id enim sufficere ad fori competentiam fortitendam dicemus l. 2. l. 2. n. 9.  
 III. nisi contrahere volunt; nam contractus regulariter secundum leges loci, ubi celebrantur. l. si fundus d. ff. de eod.  
 IV. nisi ob bonum publicum v.g. ut solvant vectigalia, ne frumentum, arma &c. extrahant, ne ultra terminum in loco commorentur & nam de jure natura quis erga alterius damnum vitare. imo cum transitus a Magistratu non concedatur, nisi serventur tales leges, hoc ipso qui transire voluit in se prorogat, seu agnoscunt, & in se devolunt Magistratus jurisdictionem arg. l. i. ff. de iudicis.  
 V. denique nisi iudicium agant. sed hoc bene excusat l. 4. c. 2. n. 49. quia non sunt



magis subditi illius loci per quem transeunt, quam alij viatores. 33  
oppones contra 2. Resp. ~~in illi~~ cum Romam venio ieiuno sabbato. 14  
cum Mediolani sum non ieiuno, sic & tu ad quamcumq; Eulepam  
venis, eius morem serua. ~~hoc ambrosius~~ c. 11. d. 12.

14  
"ambro  
dictu  
sui

Q. hoc verba vel solum continent consilium vel intelligi debent de  
casu cum scandalo conuicto, vel quo quis diutius in loco moraretur.  
aliunde etiam ff. Patrum, auctoritas non est decisiva.

oppon. 2. Peregrinus faciens, si ad locum interdictum veniat, requirit  
ibi sacra serua: ergo leges loci obligant etiam peregrinos.

Q. n. cons. quia id non provent ex directa obligatione interdicti  
respectu peregrinorum, sed ex incoguitate ipsius loci, qui dicitur inter-  
dicto affectus est, quo fit, ut ne quidem infantes: alias casus incoguitati  
ibi seclari possint, teste covar. in c. Alma Mater. de sed. eccl. in b.  
p. 2. q. 4. n. 6.

Q. 13. an qui a sua patria absunt, illius teneantur legibus? 34

Q. Negative iuxta c. 2. h. d. in b. L. fin. ff. de iuris. hinc non peius  
si festum in mea patria ab Episcopo statutum, alibi ubi festum non  
est, non serua, nec inuero casuam Episcopi per statutam latam  
si extra diocesim delinquo. Excepe pro nisi casu in personam  
per sententiam facatur, ut in tit. de sed. eccl. dicitur. 2. nisi  
statuti violatio uergat in iniuriam loci, ut si statutum sit, ne quis  
verba iniuriosa contra Magistratum sub certa pena proferat. arg. l.  
vel. ff. de decet. ab ord. facient. quilibet enim civis honorem  
sui Magistratus de equitate suam tenetur: ergo ad hunc finem legibus,  
licet a patria absit, recte constringitur. Et hac ratione statutum,  
quod clerici absentes certo anni tempore ad synodum vel Eulepam  
comparere debeant, sustinetur c. ex tua de cleric. non Resid.

Q. quid si ius commune in patria obseruetur, in loco autem  
transitus contraria consuetudine abrogatum sit?

Q. etiam hoc casu peregrinum quamdiu in tali loco vivit, non  
teneat ad obseruationem iuris, cum alio tradit Sanchez disp. 18.  
n. 18. & seq. & Suarez. lib. 2. de fest. c. 14. in fine. et quod hoc sit  
quasi privilegium locale, quo gaudet etiam aduerso & peregrini-  
ni, & quilibet possit: quamvis non semper teneatur. Se consuetudini  
locorum accommodare. unde inferunt, germanum v. g. transeuntem  
per Hispaniam post die Sabbati intestina comedere.

Q. an clerici statutis laicorum directi teneantur? 35

Q. Negative, licet in eorum favorem seruantur iuxta clericos ab  
illarum jurisdictione iure diuino sunt exempti cap. Eulepia 10. h. d.  
c. nimis 30 de iure iurando. c. 4. de censib. in b. hinc ne quidem  
circa eorum bona allodialia seu propria: sed de feudalibus  
ut tit. de feudis dicitur: quidquam statueri possunt d. c. 4. de  
censibus in b. sed quia auctoritatem sequitur suum principale  
et que religiosi adherent religiosa censentur. sed quia  
lex civilis nequit aliquid statueri circa bona nisi simul



personas obligat ad huiusmodi statuti observantiam. sed personae clericorum a laicis directi obligari nequeunt: ergo nec eorum bona. Ceterum dispositio civilis quae est in rem favorem vel privilegium sine ulla obligatione, v.g. ut Ecclesia gaudeat 40. an. post mortem, admittitur.

Dixi directi; non clericis indirecti factem obligantur communibus & non repugnant, si publicis legibus, quae s. canonibus repugnant, ut sunt leges contra fornicationem, fornicationis narium; Est tamen haec obligatio solum secundum vim directivam in quantum saluet equitas naturalis exigat, ut ad pacem communem servandam omnia rei publicae membra communibus utantur legibus; non vero secundum vim coactivam; & ideo clericis transgressores a Magistratu puniri nequeunt, nec ipsius leges penales eos tangunt.

36 Quaestio 5. an leges humanae obligent in conscientia?

Q. affirmativè. ait enim Paulus: omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, non est enim potestas nisi à Deo, itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Rom. 13. Item dicit Petrus i. c. 2. v. 13. Ex quo sequitur, quod licet leges civiles ex intentione Magistratus seu Legislatoris ad solum ad subiectum statum politicum ferantur, nihilominus ex intentione Dei tanquam aini Legislatoris obligationem pariant in conscientia, unde sequitur est regula, leges iustas in foro exteriori etiam in interno iustas esse ac proinde obligare in conscientia.

37 Excipe tamen si nisi lex fundata sit in presumptione, tunc enim non aliter obligat in conscientia, quam si id, quod lex

38 presumit ita se ipsa sit. v.g. in Novell. i. c. 2. hones non conficiant inventarium tenetur creditoribus ultra vires hereditatis emergentia debita solvere, quia presumitur clam aliquid subtraxisse ut ex textu d. c. 2. colligitur, si igitur nihil furtivum, ultra

39 vires hereditatis non tenentur. <sup>in conscientia</sup> similiter in insid. de litem. fuerit, in quo se debitorem 100 aureorum chirographum necdum auget, postea in foro externo condemnabitur ad solvendum, nec amplius auditur cum exceptione non numerato pecunie id est, et si excipiat, 100 illos aureos se nunquam auget; quia presumptis est augeto fuisse alias danto tempore literas suas quod creditorem non reliquisset, si tamen se ipsa debitor nihil auget, in conscientia liber est.

40 Potest leges huiusmodi licet materialiter nonnunquam iniuste sint, semper tamen formaliter sunt iustae, quia per se tendunt ad bonum commune, & per auctorem est, quod presumptis quod est probationis species, deficiat.



Nota aliud esse presumptionem aliud fictionem juris, presump- 41.  
tio enim supponit veritatem; fictio juris vero etiam cog-  
nita falsitates certum aliquod statuit, hinc lex in fictione  
fundata semper in conscientia vim habet, nisi quate sit  
injusta, sic si procurator Titij sine mandato eius fundum  
vendiderit, quam venditionem Titius primum post annum  
ratam habeat, emptor non tantum ex tunc, sed etiam a  
die emptiois fructus ex fundo perceptos in conscientia suos  
faciet, quia ratabitur fictione juris retrotrahitur, et  
mandato equiparatur. c. 10. de R. J. in 6.

Exijte 2. nisi lex sit mere penalis, hoc enim ante iudicis sen- 42.  
tentiam non obligat in conscientia, quia si reus sui ipsius  
est accusator, iudex, et executor, quos rationi adversatur, ob-  
ligat, tamen post sententiam ad non resistendum, et sustinen-  
dam penam.

Hic nota. leges penales alias esse pure penales, alias mixtas;  
lex pure penalis est, quando legislator non intendit ad culpam  
sed tantum ad penam obligare, ut cum republica prohibet, ne cives  
notu sine lumine ambulent, ne certum vestiam ornatum portent,  
et similia, qua eius statui tranquillo adversari videntur. Item  
~~cum religiosorum Ordines vetant, ne religiosi certa tempore~~  
~~loquantur, vel similia quae disciplinam monasticam~~  
~~non sapiunt.~~

Dices: ubi nulla culpa, ibi pena locum habere nequit, pena  
enim est noxa vindicta in l. aliud 151. in princ. ff. de V. S.  
R. huius intervenire culpam saltem politicam, scilicet contra  
laudabilem reipublice ordinationem: vel ~~quamdam defectum~~  
~~in genere moris, quod sufficit ad penam incurrendam.~~ si ta-  
men transgressio fiat ex contumacia vel contemptu, cum aliorum  
scandalo vel perturbatione in republica, aut disciplina regu-  
laris gravi Detrimento, non erit absque culpa theologica.

Lex mixta est, qua aliquid prohibet, sub culpa et pena, et 43.  
hec ad utrumque in conscientia obligat, si tamen ut ipse  
pena, que ipso jure lata sunt, si externam executionem  
non requirant, statim ipso facto incurrant, ut sunt cen-  
sure p. si vero eam exigant, ut confiscatio bonorum,  
privatio beneficij p. sententia iudicis declaratoria requirant.



ut docet sanct. l. 2. moral. c. 6. n. 11. nisi lex ex prescripto addat  
clausulam aliam etiam declaratione non servata. ut in Conc. Trid.  
sess. 23. c. 1. haec est autem differentia inter sententiam condem-  
natoriam, et declaratoriam, quod pena per illam lata debet  
primum à die sententiae, per hanc vero non solum à die  
declarationis, sed retro à die commissi criminis.

44. Quod si pena mortis aut alia corporis afflictiva statuta  
sit, non potest quidem reus obligari ut directe penas exequatur  
ut venenum bibat, quia natura per se repugnat; tenet  
tamen executioni non resistere, imo ei indigne cooperari,  
ut scilicet ascendere, colam praeberet. excusamus tamen eum  
qui solum supplicij honore tergiversaret; imo etiam fugientem  
à carcere declinandi gravis supplicij causa, Laym. de ll. c. 15.  
n. 7. et apud eum citati à culpa excusant.

45. Q. 6. An leges Tributorum et Veligalium obligent in conscien-  
tia? R. quidam apud Cov. in Relict. Speculation. de R. p.  
in 6. p. 2. §. 5. negative, quia aiunt, Legislatores addens penam  
non videtur intendere ad culpam, sed solum ad penam. Verum  
contraria sententia quam tenet Covar n. 5. et Laym. l. 3. c. 3.  
p. 1. c. 3. n. 5. et alij communiter, verior est, modo si haec leges  
sint iustae et moderatae. Haec enim tributa ordinantur ad  
sustentationem principis, quae ei ex iustitia regiminis pub-  
licae causa debetur. hinc Christus Matth. 22. ait: reddite quae sunt  
Caesaris Caesari. Idem docet Paulus Rom. 13. v. 5. Haec obstat  
ratio in contrarium addata, quia additio penae, obligationi  
quae ex iustitia emanat, eam non infirmat, sed potius augeat,  
ac mentem legislatoris fuisse graviter obligare, declarat.

Dixi si haec leges sint iustae, secus enim dicendum si iniuste  
sint, et ad pompam superflua<sup>vel</sup> avaritiam tenderent. Quod  
dubitet de eorum iustitia, moneant confessorij ad praestanda tri-  
buta; quia praesumptio est pro principe; post defraudationem  
tamen non cogant restituere, quia in dubio melior potest esse  
conditio possidentis. Molin. tom. 3. d. 679. n. 7. et 9. Sylv. v. lpa-  
tella n. 29. ceterum peregrini, si cura principis specialiter in  
eorum commodum non redundat, facilius excusantur. Sylv. d. l. 178.

47. Q. 7. An leges infirmantes contractus vel testamenta  
ob eam omisam solemnitatem, etiam locum habeant in foro  
in terro?



Supp. 1. licet ex actu vel contractu jure natura valido oriat<sup>ur</sup> 48.  
obligatio in conscientia, ut constat ex lib. decret. de jud. si tamen  
eam lex civilis ne approbet, nec improbet, non dat<sup>ur</sup> actio in  
foro externo, ut si minuatur lites.

Supp. 2. quod lex aliquando prohibeat actum seu contractum 49.  
ut illicitum faciat, celebratum tamen non irritet; cuius provin-  
observatio etiam in conscientia obligat; multa enim iuri  
prohibent<sup>ur</sup>, quae si facta fuerint obtinent roboris firmitatem.

C. ad apost. j. de Reg. C. Imo communius docent in dubio  
quando de mente Legislatoris non constat, leges prohibitorias 50.  
ita exponi posse, ut actum solum prohibeant, non vero invalidum  
reddant, tum Arg. d. C. ad apostolicam. tum quia infirmitas  
contractus est odiosa, et quod minimum est, id est, minoris  
praesudicij, tenendum est C. 30. de Reg. j. in b.

verum obstat L. non dubium 5. C. de L. ubi Imperator  
dicit ea quae lege fieri prohibent, si fuerint facta, non solum  
inutilia, sed pro infectis etiam haberi, licet Legislator fieri  
prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere  
quod factum est. Item quae contra jus fiunt debent utiq<sup>ue</sup>  
pro infectis haberi. C. de R. j. in b. Dico igit<sup>ur</sup> cum Glossa  
et Henr. Can. in d. C. de R. j. quod actus prohibitus regular-  
iter sit invalidus, nisi speciali aliquo jure sustineatur, aut alias  
colligi possit, mentem Legislatoris fuisse actum solum prohibere  
non irritare.

Ad rationes in contrarium R. dicitur C. ad  
apost. obtinere in casibus ubi habet<sup>ur</sup> decisio juris, vel de mente Legis-  
latoris praesumptio, <sup>Regula vero C. 30. de Reg. j.</sup> ~~quia vero actum solum~~ <sup>intelligi potest</sup>, quare  
dubitat<sup>ur</sup>, an certus aliquis contractus ob circumstantias speciales  
sub juris prohibitionem cadat. 51.

Supp. 3. quod lex humana possit invalidare actum denegando  
actionem, vel concedendo rescissionem eius per officium Judicis,  
manente interiori naturali obligatione, ut usq<sup>ue</sup> dum actus in foro ex-  
terno rescindatur, ut si merces extra territorium vendi prohibita  
iusto tamen pretio vendatur, tam venditor quam emptor naturaliter  
obligabunt<sup>ur</sup> ad contractum servandum, donec a J<sup>udice</sup> rescindatur,  
si vero quis tantum promissit, nec tradidit, nulla oritur obligatio



vel si maior ea sit inefficax, ob justam legis prohibitionem.  
52. *Supp. 4.* quod lex humana possit actum aliquem jure natura  
validum, ita irritare, ut nulla sine in foro externo, sine interno  
nascatur obligatio. Ita lex civilis irritat contractum à pupilo  
sine auctoritate tutoris initum. Huc refertur potest privilegium

53. *S. C. Velleiani* faminis concupsum, ne pro alijs sine jubere valeat.  
Item statutum *S. C. Macedonianum*, ex quo filius familias mutuum  
acceptum reddere non tenet.

54. Sed jam disceptat, quando lex humana prescribit certam formam  
actui, qua non servata actus in foro externo nullus est, an etiam  
in foro interno pro nullo haberi debeat?

¶ Dico leges infirmantes contractus vel testamenta ob solemnitatem  
opisam etiam in foro interno vim sortiuntur.

55. Ratio est quia leges jure in foro externo sunt etiam jure  
in foro interno, ut *sup. q. 3.* diximus ergo vim obligandi habent  
in conscientia.

56. II. Lex est Domina rerum et potest ex causa uni Dominium auferre  
et in alium transferre, ut accipiens etiam in conscientia sit tutus,  
patet in lege prescriptionis: ergo id etiam poterit, irritando con-  
tractus vel testamenta ob non servatas solemnitates.

57. III. Illegitime natus absq; dispensatione electus non potest sine  
conscientia dignitatem acceptare; licet hoc impedimentum  
solo jure humano statutum sit, *C. innotuit 20 de elect.*

78. IV. In *extrav. Ambitiosa de & Reb. Eccl.* non alien. non  
solum alienans res Ecclesiasticas sine solemnitate, sed etiam  
male alienatas recipiens excommunicationem incurrit, quod  
fieri non potest, si accipiens in conscientia non peccaret, exco-  
municatio enim supponit peccatum.

59. *Opp. j.* Vi legum civilium quod solutum est in testamento  
non solemni, repeti non potest: ergo signum est quod idae leges  
civiles naturalem obligationem solvendi non tollant, ne proinde  
ligent in foro interno. Cons. patet, quia si nulla esset obli-  
gatio solvendi, et ego ex errore solvissem, solutum repetere  
possem ex *C. 4. et 47. ff. de condit. indebil.* Prob. ergo  
ant. *C. non dubium 10. ff. de test.* Item *L. et si 2. C. de fidei*



60 16  
dicitur quod ea, quae in testamento imperfecto soluta sunt, repeti  
nequeant; ergo. R. soluta per errorem repeti posse constat ex  
l. c. 54. ff. de condit. inst. Igitur in cit. locis solum statuitur  
quod non competat repetitio eorum, quae ex testamento imperfecto  
ab haerede sciente, et ultro agnoscente voluntatem defuncti soluta  
sunt, quia praesumitur, vel fictione juris reputatur, approbasse volun-  
tatem defuncti, ac juri suo renunciasse.

Dp. 2. Solemnitates actuum et testamentorum inducta sunt à  
jure civili ex praesumptione, et ob evitacionem fraudis, quae in  
haliis comiti solent, at leges fundatae in praesumptione, locum non  
habent in conscientia, quando de veritate et voluntate constat.  
arg. l. fin. C. de fideicomis: ergo. R. leges huiusmodi non  
fundantur in praesumptione particularis facti, sed periculi universa-  
lis fraudum, at cessante fine legis in particulari casu non hoc  
ipso cessat lex; si licet periculum non subsistat negandi matri-  
monium à Cayo et Berta clandestine initum, nihilominus tenentur  
contrahere coram testibus.

Dp. 3. Nulla negantur in foro externo quae non obligant in foro  
interno v.g. non conceditur lesio actio, nisi lesus sit supra dimidiam pretii  
justi, nec conceditur factio quanti minoris, vel redditi:  
liboria, si actio ultra annum vel 6. menses differatur: ergo  
R. hanc objectionem non esse ad propositum, hic enim loquimur leges  
civiles annullantes actus, eos etiam annullare in foro interno, at licet  
leges civiles in istis casibus ob minuendas lites veniant actionem,  
non tamen annullant actum et eius obligationem: ergo.

§. IV.

De promulgatione, acceptatione, abrogatione,  
derogatione, declaratione et dispensatione Legum.

Licet de substantia legis non sit ut in scripturam redigatur.  
\* requiritur tamen ut ita promulgetur, quatenus in notitiam subditorum  
venire possit. porro leges Imperiales non obligant nisi post pro-  
mulgationem in singulis provinciis factam ac duos menses elapsos.  
Novell. 66. c. 1.

Factio quanti minoris est ea, quae datur emptori, qui rem vitio-  
sam, si praesciisset vitium eius emisset quidem sed mino-  
ri pretio, et quanti minoris emisset eam repetere possit.  
Actio redhibitoria est ea, quae datur emptori contra vendi-  
torem, ut animal morbidum, vel aliam rem vitiosam, quae quis emptor  
cognito vitio non emisset, recipiat, pretiumque restituat

quid sit g  
minibus



65. Alit disputat an lex Imperialis seu alia qua certum tempus aeternam  
 habet, eos etiam obliget, qui ante finitum illud tempus in notitiam  
 legis devenerunt? Uideatur eos obligari ex C. de postul. prel.  
ibi: sufficit ut ad constitutionis observantiam teneat, qui noverit eam
66. solemniter editam. ad quia papa ibi nostram questionem non dicitur  
sed aliam, nempe quod ad obligationem legis sufficit promulgatio  
in comuni, et non requiritur, ut singulis in specie intimetur. hinc verum  
 est, eos non adstringi; nam jure sancitum est, ait Pius IV. in Bula  
super declaratione temporis ad observanda decreta Conclij. Trid. ut constitu-  
tiones nove vim non nisi post certum tempus obtineant. qua verba satis  
 indicant, quod tempus adjectum absolute ac respectu omnium obligationem non  
 suspendat.
67. Ceterum Bula pontif: mox ut in curia Romana publicata fuerint, obligant  
 modo solum causas beneficiales et similes, non vero ea que proxime coner-  
 nunt conscientiam tangant, ne scil: ignorantes peccati arguantur. aq. e  
communis iuris de peccat. Imo cum stylus curie Romana non in  
 omnibus extra curiam extendat, hinc si in partibus, i.e. extra curiam  
 Bula publicata, et recepta non sit, in ijs solum jus ordinarium, vel consuetu-  
 dinem iudicabit, quod eo verius dicitur, quia papa per generales leges non  
 semper intendit particularibus locorum statutis et consuetudinibus derogare  
 C. h. t. in 6.
68. Disputat 2. an Lex dependeat ab acceptance populi. Uideatur dependere quia  
et in iuris d. 7. dicit leges instituunt cum promulgant, firmanter cum moribus  
utentium pre comprobant. item C. de iuris d. 3. ff. de LL. jura leges aut.  
nulla ex causa nos tenent, quam quod iudicio populi recepta sint. verum ob-  
 stat obedientia quam subditi principi debent. unde et hoc lectus et  
 quidem ad j. qui est Gratiani R. eius auctoritatem non esse recipiam,  
 deinde dicit firmanter quia scil: dum leges in usum deducant, non tam  
 facile abrogant; non vero quod tunc primum vim obligandi obtineant.  
 Alter vero lectus procedit pro eo tempore, quo potestas ferendi leges per  
 populum Romanum fuit. Ceterum fieri potest ut non accipatur lex, vel  
 ex ignorantia, quia non est publicata in partibus, vel ex causa, quia multo  
 gravat, ac princeps sciens neglectum sua legis committet. vid. C. si quis
69. de rescript. \* si vero urgeat, nec lex manifeste iniqua sit, ei parandum  
 est.
70. Porro abrogatio est totalis cessatio legis, sitq; vel per consuetudinem  
 contrariam, vel per Legislatorem aut successorem eius ob mutatas rerum  
 circumstantias. Cetero. 2. de v. s. idq; licet habeat clausulam, hanc immu-  
tabili et in perpetuum valitura lege sancimus. quia per in partem  
 non habet imperium seu jurisdictionem. C. innovavit 2. de v. s.



17  
sed quid si statuta inferiorum Legislatorum à summo principe confirmata  
sint, an adhuc ab inferioribus revocari poterunt? Certum est, quod si sint prole  
juste ac per se valida, revocari posse; quia per confirmationem statuta huiusmodi  
non fiunt superioris sed manent adhuc inferioris; at si sint contra jus comūne  
pallat Deus in C. h. f. n. 118. revocari non posse, cum per confirmationem à  
quā vim suam primum accipere, facta sint lex superioris, cui inferior deroc  
gare non potest. Clem. 2. de Cleu. huius tamen obstat d. C. g. ubi suppressio  
dignitatis Canonialis, quae utiq; est contra jus comūne, potuit à Canonicis  
revocari, licet fuerit à papa confirmata. hinc cum Abbate in d. C. g.  
dicendum, si statutum huiusmodi concurret favorem publicum ab inferiori  
revocari non posse, sius vero, si tangit principaliter favorem ipsorum pa  
trentium, ut in d. C. g. dignitas ac reditus suppressi.

7 comune

72  
Derogatio est particularis legis imminutio, fitq; cum Legislator unum articulu  
mutat, vel à generali lege certos casus speciales excipit, vel alicui contra eam  
privilegium concedit.

73  
Declaratio est vera legis interpretatio juxta mentem legislatoris, haec etiam  
aliquando inferioribus in lege superioris competit, sic papa jus Divinum,  
cuiuslibet, non solum probabiliter ut alij DD. sed decisivè interpretatur.  
Porro circa interpretationem legis praesertim humanae sequentes tradunt  
regulae: 1. Interpretatio legis potius menti, quam verbis Legislatoris conve  
nire debet. C. 41. de appell. l. 1. ff. de excus. Tutor. et C. ult. de R. j.  
in v. ubi: certum est, quod is committat in legem, qui legis verba complectens  
contra legis nihil voluntatem.

76  
II. Leges universales vel valde rigorose non nunquam sunt bonum et aequum  
hoc est benigne interpretanda sunt, et ab ijs aliqui casus excipiendi, quos si  
legislator de ijs interrogatus fuisset, exciperet, quia in omnibus causis potius  
esse debet aequitatis, quam stricti juris ratio. C. placuit q. C. de judicijs. at  
quia l. 12. ff. qui et à quibus. vult legem etiam duram observandam esse.  
Proo. Fach. l. 1. cont. C. 3. si rem componit: vel verba ac mens legis ita sunt  
clara, ut salvo recto verborum sensu, aliam non patiantur interpretationem?  
et servanda est lex et si dura; vel admittunt interpretationem salvo recto ver  
borum sensu? et procedit d. l. placuit. quod si dubitatur quid aequum, quid  
justum sit? juxta l. 1. C. de Sol. princeps consulendus est.

78  
Ceterum contra formas substantiales legum, nulla admittit interpretationem seu Epickia,  
hinc non valet matrimonium etiam quacumq; urgente necessitate, sine parochi  
et testibus initum. Barb. ad Trid. ff. 29. C. 1. n. 160. sancto de mati l. 3. d. 17.

79  
III. Interpretatio fieri potest quod capet lex si ratio ac finis legis generaliter  
si non in particulari casu; capet C. 60 de appell. l. 6. ff. de jure patron.

80  
IV. Leges penales ac prejudiciales restringenda; favorabiles vero amplianda  
sunt. C. 49. et 15. de R. j. in b.

81  
V. Leges à jure comūni exorbitantes, et aliarum legum correloria proinde  
sunt accipienda neq; regulariter censet plus de priori lege mutatum, quam ex  
presum l. praecipimus 32. C. de appell.



82. VI. Ex paritate rationis rerum, personarum, circumstantiarum, quod de iure  
est in uno, per interpretationem etiam ad alios casus dubios, non de iure  
extendi potest, quia ubi eadem est ratio, ibi eadem est iuris constitutio. c.  
12. et 27. ff. de Ld.

83. VII. verba legis sumenda sunt iuxta genuinum sensum, et non impropri-  
anda, nisi aliter constet de mente legislatoris c. 69. ff. de leg. 3. ubi autem  
verbi sensus interpretandus est ex communi hominum acceptatione, vel ex tamen-  
te legislatoris, vel ex aequitate, firmitate et benignitate.

contra  
dicitur  
in  
iuris

84. VIII. Correctio iurium non facile admittenda; hinc si leges inter se discrepant  
nec ius posterius derogat priori; quod saepe fit; invicem concordari debent.  
c. 29. de elect. in 6. est autem consuetudo, praesertim in iudicio contraven-  
tio confirmata, optima legum interpret. c. si 37. ff. de Ld.

Tandem dispensatio est relaxatio legis in aliquo speciali casu, vel particula-  
ribus personis publica auctoritate facta, haec per se competit soli legislatori,  
inferioribus tamen quandoque conceditur, quia de re ius loquitur plura dicimus. et  
si aliquis casus in materia dispensationis dignior emergerit videri poterit  
Thomas Sanchez. de Matr. voto c. 9. Suarez de H. l. 6. Laym. in theol. mor.

c. 1. h. 4. c. 22.

### Titulus III.

#### De Rescriptis.

1. Rescriptum est responsum a papa vel principe datum in scriptis ad  
alterius consultationem, relationem, supplicationem. \* communiter dividit  
in duas classes; alia enim sunt rescripta gratia, quae dantur ad beneficia  
et similes gratias. alia rescripta iustitia, quae dantur ad decisionem vel  
delegationem causarum. \* iuxta jam exponere in quo ambo rescripta  
conveniunt, ac differant, sui enim totam rescriptorum materiam dilucida-  
bimus.
2. Conveniunt igitur rescripta iustitia et gratia; quod ea impetrare possit  
omnis qui iure impeditus non est. non facile reperitur aliqua prohibitio nisi  
circa hereticos. c. 2. c. de ff. Trin. et excommunicatos c. 26. h. b. et cult. de procu.
3. Hinc rescriptum impetratum ab excommunicato, super alio quam excommuni-  
cationis vel appellationis pro sui defensione articulo, ipso iure nullum  
est, c. 1. h. b. in 6. quid vero sentiendum sit de excommunicatis non demerita-  
lis, ~~aut hereticis~~, post Conc. Constant. inolevit ex tit. de sent. Excom.
4. Conveniunt II. quod utrumque rescriptum 3. partibus constet narratione, suppli-  
catione et conclusione. rescribens enim sumarie repetit narrationem et  
supplicationem sibi factam, ac demum concludit, seu clausulas sibi placitas  
disponit, unde conclusio a practico dispositiva dicitur.
5. Conveniunt III. in narrativa et eius probatione nam quodlibet rescriptum  
approbari debet ab ordinarijs, vel comitarijs, num petita sint vera; in-  
ni enim rescripto pontificio sub intelligitur clausula: si preces veritate nitentur.  
Judicium contra dictorum dicitur, cum aliter litigantium contra-  
dicit, et consuetudinem impregnat in iudicio.

7 parte



quam rescripta Caesarea ut valeant, ex rescriptam habere debent.

Ceterum quo ad narrativa probationem, nota narrata rescribentis nihil g. probare, si super ips non fundet intentio, hoc est si solum incidenter quadam narraverit, nec ob ea rescriptum dederit. Clem. un. de probal. quia praesumptio est hac rescribenti a supplicante suggesta fuisse. hinc si quem sub titulo cuiusvis dignitatis honoret, per hoc in dignitate illa ipsum approbare non censet. Ad si super narratis fundet intentio, distinguendum est, 1. ut vel enim rescribens narrat de facto proprio, vel sui antecessoris, vel de jure, quod siue censet C. j. de Const. in b. et haec narratio efficaciter probat, imo probationem in contrarium ob auctoritatem rescribentis non admittit. vel narrat de facto alieno nota tamen proprio, et haec narratio praesumit vera, admittit tamen probationem in contrarium. Glos. in Clem. un. in v. fuisse de probal. vel denique narrat ad praeviam suggestionem supplicantis: quod in dubio praesumit: et haec narratio ex se nihil probat, est enim potius narrativa supplicantis unde est ab eo probanda.

Sunt tamen casus in quibus probatio narrativa non requiritur, ut si si supplicans pro beneficio narraverit, Petrum ex. illegitimum esse, illiusque vi occupasse, et papa sub disjunctione rescribat, si pater sit illegitimus, vel beneficium vi occupaverit, sufficit enim alterutrum probari, C. de c. 4. h. l. 2. Et si spoliatus narraverit se esse dominum rei spoliatae, nihilominus non tenet probare dominium, sed solum spoliatum. arg. C. 2. de rest. spoliat.

Conveniunt IV. in Dispositione juris circa rescripta ob vel subreptis. in impetrata; de quibus iam queritur quid sentiendum sit. R. si ob-vel subreptio vel in una parte rescripti dolose facta est, etiam vitiantur aliae partes, et si non connexae, ac totum contrahit rescriptum ex C. 13. h. l. ibi: mendax precator. B. penitus careat impetratis et. C. 29 eod. nullum commodum consequantur. Unde haec regula utile per inutile non vitiatur hic locum non habet: si vero ob-vel subreptio sine dolo facta est, ac sit talis, ut ea cognita nihilominus rescriptum princeps dedisset, non vitiatur rescriptum, sed poterit et debet iudex delegatus procedere non quidem secundum formam praescriptam, sed ordinariam, si tamen cognita ob-vel subreptione princeps negasset rescriptum, hoc nullum erit. Equidem sunt qui volunt aliud in rescriptis gratiae et privilegij obtinere, ut scilicet ob vel subreptio licet non dolosa semper rescriptum vitiet. arg. C. 21. et C. 23. de proband. in b. verum contrarium probabilius est ex C. 14. de prob. in b. C. si pro clericis eod. item C. 7. h. l. in b. ubi dicuntur valere litterae a papa impetratae super beneficio, quod impetranti absenti et ignoranti interim per Episcopum collatum est. unde ad ill. contrarios R. eos procedere in casu, quo dolose aliquis omittit, quod ex consuetudine vel stylo obreptio fit per narrationem falsi, subreptio per reticentiam veri.

obreptio si  
narratio  
subreptio  
autem

ex d. c. 20 de  
Rescript.

narratio  
vel reticetur  
vel quando aliquid



- curia exprimentum est. Ceterum nota, si obreptis<sup>effi</sup> dolosa, materiam  
vel causam in rescripto contentam minime concernat, ut si quis dixerit se  
nobilem, gradatum, non vitari rescriptum. Innoc. et Host. in C. de trans.
14. Conveniunt V. rescripta gratia et iustitia quod vitata presumuntur  
ob gravem sollicitudinem, cum enim multorum officialium manus transeant,  
non verisimile, eos patentem errorem in correctum reliquisse; tamen tamen  
latinitalis rigor non exigitur in testamentis, et alijs contractuum instrumen-  
tis. l. 6. §. 4. C. de testam. Ceterum satis probabile est hanc presumptio-  
nem esse juris tantum, seu talem contra quam admittitur probatio, facile  
enim fieri potest, ut error mentem officialium fortitune alio distractam  
aut rerum copia obfusam subterfugiat.
15. Conveniunt VI. quod cum papa Patriarchas, Archiepiscopos et Episco-  
pos Fratres, ceteros vero Reges et principes, filios vocat, nec unquam  
utatur numero plurali, cum uni tantum scribit. hinc si haec in aliquibus re-  
scriptis observata non fuerint, falsa censentur, C. de crim. falsi.
16. Conveniunt VII. in ea regula, nempe quod ex rasura vel deletione libere  
orientis falsitatis presumptio C. de crim. falsi. C. 12. de privileg. excipi-  
tamen j. nisi rescriptum fuerit clausum et signatum coram ordinario capi-  
bitum. 2. si rasura non sit in eo articulo, de quo quartio pendet. 3. si non  
mutet ordinarium sensum. 4. si aliunde constet rasuram suspectam non esse.  
5. si rescriptum reperiat quid adversarium libis. 6. si scriptura emendatio  
a manu ipsius Notarii vel scriptoris facta sit, modo, ut patet pariter in  
C. 7. de religio. dom. Notarius vel scriptor in eadem charta testetur, hanc  
emendationem a se factam esse.
17. Conveniunt VIII. in eo quod censentur invalida, si in praedictum ali-  
cuius, non facta specialiter de illo praedictio mentione, impleta sint.  
arg. l. fin. C. si contra jus et C. h. t. item l. 16. C. de trans. l. 1. 2. et 3.  
C. ut lite pendente.
18. Porro discrepant rescripta gratia et iustitia j. in eo quod rescripta  
gratia videntur filo sereno, iustitia vero filo canabris C. de crim. falsi.
- II. rescripta iustitia non possunt impetrari, nisi principalis in causa, aut  
conjuncta persona vel aliis de mandato eius supplicaverit C. 28. h. t. Clem. 1.  
eod. in rescriptis vero gratia pro alio obtinenda non exigit mandatum.  
Gloss. fin. in d. C. 28. III.
- III. rescripta gratia ob vel subreptitiae obtenda sunt ipso jure nulla,  
rescripta vero iustitia, solum si adversarius contra exceperit, quod si  
non exceperit, censetur ea approbasse. Rebuff. apud Engel h. t.
19. IV. In rescriptis gratia attenditur tempus datae, seu valor eorum dependet ab eo  
tempore, quo tales litterae datae sunt. exemplum habetur in C. g. h. t. et C. y.  
h. t. et in rescriptis iustitia inspicitur tempus praesentatae vice valent



19  
solum ab eo tempore quo iudicii delegato presentata sunt. C. 29. de apud. 39.  
V. Rescriptum iustitiae iudicii presentatum, et citato adversario ad  
respondendum, fit inter partes comune, adeo ut adversarius etiam illo re-  
scripto contra impetranthem uti possit C. 1. et 2. de Multis pet. non sic  
rescriptam gratia.

VI. Rescripta gratia perpetua sunt C. 30. de preben. in b. C. 16. de R. 20.  
J. in b. Rescripta vero iustitiae intra annum presentanda sunt, post-  
quam copiam finium habuerit impetrans. C. 9. C. 3. h. t. et re integra  
i. e. antequam initium datum sit executioni litterarum, morte concedentis  
expirant. C. 20. C. 30. de offi. Deleg. At ne ex hac extinctione partes  
detrimantur, facta est regula Cancell. 12. de revalid. lib. in qua  
novus papa revalidat litteras per predecessorem intra annum ante diem  
obitus concessas. igitur novo pontifice electo revidentur litterae per rescripta.

VII. Rescripta gratia ad beneficia Ecclesiastica heredi non profunt 24.  
C. 1. de filijs presb. C. 1. de R. J. in b. profunt tamen ei rescripta  
privilegiorum realia, nisi privilegiatus tempore dati privilegij jam  
mortuus fuisset. C. 191. ff. de R. J. At rescripta iustitiae saltem re  
non amplius integra, et quando in iudicio citato adversario producta sunt  
transcunt in heredem, arg. a contrario in C. 29. h. t. si vero res ad-  
huc integra sit, non transcunt in successorem, nisi in causa dignitatem  
v. g. Episcopatum concernente C. 117. de foro comp.

VIII. Rescriptum gratia ut novissime contra prius ab adversario obla- 22  
tum, si non faciat mentionem de priori ipso iure nullum est C. 9. et 23.  
h. t. At rescriptum iustitiae, si etiam oblatum probabilius tunc  
solum nullum est, si prius impetrans contra excipiat, suorum rescripto  
intra annum utatur, seu valebit. C. 9. et 23. h. t. \* Vides jam re. 23. 13. Von  
aufang.

Rescriptis iustitiae certum tempus ad ea presentandum vel ipsa utendum,  
esse prefixum; non si se habent rescripta gratia C. 9. h. t. hinc nec  
vim suam unquam amittunt, nisi quis ex malitia ipsa longius uti  
voluerit arg. C. 11. de preben. in b. Nihilominus in concordatis  
Germaniae S. de cetero habet, quod si beneficium vacaverit in mense pa-  
pali, et intra tres menses a die nota vacationis in loco beneficii non  
apparuerit, quod alium de illo apostolica auctoritate provisum sit, ex  
tunc et non antea Ordinarius vel alius, ad quem illius dispositio pertinet  
providere possit. Quia vero illa verba, si non apparuerit intra  
tres menses a die nota vacationis in loco beneficii, Ordinarij Col-  
lores in prejudicium collationis papalis inter prelaabant, ideo Greg. XIII  
in bulla: quo in Ecclesiam verba in loco beneficii declaravit pertinere



ad praesentia nota vacationis, non ad subsequentia non apparuerit; adeoq;  
licet in loco beneficii intra 3. menses non compareat provisor a papa, tenet  
tamen provisor, modo intra tres menses a die qua in loco beneficii ipsum  
beneficium vacare dignoscitur, facta sit, et provisor intra idem tempus  
provisionem Ordinario insinuet, si commode possit.

Quaes an omittens hanc insinuationem intra 3. menses cadat propterea  
jure suo? R. <sup>com</sup>manius negat. Ratio est quia ex Bula Gregorij id non  
invenitur expressum, et aliunde rescripta gratia sunt perpetua ex C. 16.  
de R. J. in 6.

Dies: si provisor potest negligere insinuationem vel publicationem  
intra tres menses; ergo ille terminus gratis fuit positus in Bula Greg.  
R. N. C. quia licet omittens insinuationem non cadat jure suo, peccat  
tamen, si commode eam facere potuisset, et potest puniri in foro externo,  
imo nec graviter culpandi sunt collatores, si tunc beneficium conferant,  
et si salvis sit, ut dicitur cap. 16.

Ceterum iste terminus trium mensium pro exhibitione provisionis aposto-  
lice praefixus probabiliter locum etiam habet circa provisionem aliorum  
beneficiorum <sup>etiam</sup> papa reservatorum, quia tendit in utilitatem Eccl.  
suarum, at ubi eadem est ratio, eadem est juris dispositio C. 27. ff.  
de Ed.

non solum in  
mensibus, sed  
etiam quomodo  
cuius

### Tit. IV De Consuetudine.

1. Consuetudo est jus non scriptum diuturnis populi moribus introducta  
ex C. 1. de j. non tamen repugnat consuetudini, si postea in scripturam  
redigatur.
2. Differt a Traditione quod ea constituit novum jus, haec vero supponat  
jus antiquum et potius vires promulgationis habeat. \* Secunde Traditio-  
nes, ait apostolus 2ad Thes. 2 quas didicistis sive per sermonem, sive  
per Epistolam nostram.
3. Differt etiam consuetudo a prescriptione, quod haec privatas personas  
ita vero communitatem respiciat, nihilominus videtur etiam consuetudo  
aliubi prescripta vid. inf. n. 15.
4. Consuetudo triplex est, una secundum legem, qua lex superioris in usu  
deducitur, vel qua decidunt, quomodo lex dubia seruari debeat, unde  
videtur, consuetudo est optima legum interpres. C. 37. de Ed. Altera  
praeter legem, qua procedit cum lex non existit. \* tertia contra legem  
qua lex vel non recipitur, vel recepta tollitur, et haec de consuetudo videtur.
5. Nota ad consuetudinem praeter et contra legem induendam sequen-  
tes requiri conditiones. 1. ut scilicet a majori parte communitatis  
sepius actus exercentur: quorum numerus relinquitur arbitrio ju-  
ris. 2. modo fiant cum animo se obligandi; nam in actibus libera







- autument eos, justam non servanda legis causam et remissionem habuisse, sej. sententia
- Syst. v. Consuetudo n. 12. Panorm. in c. j. de Treuga et pax n. 4. \*
17. <sup>Opposita, ad, probabilis est</sup> Quod notavit etiam Suarez de l. c. 19. n. 11. quod per de consuetudinem ex lege humana mixta, potest fieri iure penalis, seu remanere solum obligationem ad penam, vel contra, abrogata penam, remanere solum culpam.
18. Demum in ijs qua non sunt de essentia sacramenti consuetudinem contra jus comune induit, p. q. ut de nuptiis benedictio. Doct. Laym. l. 9. c. 24. n. 12.
19. IV. requiritur consensus superioris non tamen expressus vel tacitus sed solum legalis, quia c. j. de constit. in 6. dicitur, quod papa plerumque statuta et consuetudines locorum ignoret, consistit autem consensus legalis seu generalis vel iudicialis in eo, quod legislatores <sup>iuxta</sup> c. ult. h. l. approbent generaliter omnem consuetudinem rationabilem, legitimam, seu iudicialis populi moribus firmatam. Putant quidam minus spatium ad inducendam consuetudinem requiri, si scilicet Legislator legem non servari, et committat, sed de lege jam recepta non admittit Panorm. in c. fin. h. l. n. 24.
20. V. Requiritur, ut consuetudo ante completum prescriptionis tempus, vel per ipsum populum exercitio actum contrarium, vel per superiorem puniendo transgressores non sit interrupta.
21. VI. Demum requiritur, ut consuetudo sit circa talia qua prescribi possunt; hinc Laici nulla consuetudine iura spiritualia acquirere possunt. Nec dicas: acquiritur privilegio potest etiam acquiri consuetudine sed Laici possunt per privilegium acquirere iura spiritualia v. g. decimas, ergo, nam R. hoc axioma solum procedere in ijs in quibus non datur incapacitas possessionis, hanc autem quod ad iura spirit. inveniri in Laicis, palam est: 1777.
22. Tollitur Consuetudo inducitur non per unam solum actum in contrariam, sed per consuetudinem aut legem contrariam. Lex tamen generalis non tollit consuetudinem particularem, qua in uno vel altero loco viget, nisi addat clausulam: nada obstante consuetudine, et maxime si adicial: nada obstante privilegio vel statuto. nam statutam et consuetudo particularis pari passu ambulant.
23. Ceterum hanc clausulam nulla obstante consuetudine. communis acquirunt de consuetudine, qua nunc viget, non vero de impostero inducenda, quia haec clausula est solum juris humani, et universim contra legem humanam consuetudo rationalis induci potest. V. Engel. Refferat. C. C.

### Tit. 15.

#### De postulatione

1. Postulatio est petitio Capituli facta apud superiorem, ut personam ad praelaturam dispensative admittere velit. \* Differt igitur 1. ab electione quod haec sit persona habilis ad dignitatem, postulatio vero sit persona aliquo impedimento iuncta. 2. Electio immititur juri, postulatio gratia, nam legitime electus de jure admitti debet, et postulatus non nisi ex gratia. c. 3. et 5. h. l. aliquando tamen sicut ob publicam necessitatem dispensatio in votis et similibus ex officio debita est, ita et admisso in praelationem postulacionem.



21  
Difert 3. quia electio post publicatum scrutinium re-  
vocari nequit, bene tamen postulatio, modo superiori  
actu presentata non fit; nec refert quod postulatus in eam  
conferat, quia hic consensus non habet se per modum  
pacti, sed tantum est conditio sine qua non potest pos-  
tulatio superiori presentari. vid. Panorm. in c. 4. h. t. n. 11.  
Ceterum si postulatus ex consensu postulantium aliquas  
expensas fecerit, ij tenerentur ut censet papa. eas refundere.  
Quandam autem universim prosequentes vel impugnantes  
electionem vel postulationem electionem valeant expensas  
repelere videat. Gloss. in c. 16. v. iudicabit de elect. in 6.  
Brevis dicendum, quod illi ordinariè consequantur expen-  
sas, qui obtinent.

Difert 4. ab electione, quia in hac sufficit ut major  
pars capituli in electum consentiat, ab in postulatione  
ubi aliqui ex capitularibus postulant, alij eligant, requi-  
ritur ut postulantium numerus sit duplo major quam  
eligentium, ita ut e.g. ex 30 fient 20. pro postulato,  
alioquin electio confirmabitur ex c. 40. de elect. verum cum  
hoc c. fit contra communes juris circa electionem regulas,  
hinc Laym. in 99. can. 9. 7. docet adhuc in arbitrio con-  
firmatori positum an postulationem quoque tertias non  
habet admittere, vel electionem confirmare velit. si vero omnes  
capitulares postulent, sed diversi diversum, praevaleret  
pars major capituli c. 1. de his que à majori p.

Nota. Non potest eadem persona simul eligi et postulari,  
sive non valent formula, eligo postulando, postulo eli-  
gendo c. un. h. t. in 6. nec etiam valet formula eligo  
et postulo prout de jure melius fieri potest nisi cum  
probabilitate dubitatur an quis sit eligendus vel postu-  
landus. c. eod. \* Porro postulatio alia est solem-  
nis, alia non solemnis. Illa est qua dirigitur ad eum,  
qui potest in impedimento postulati dispensare, quatenus  
est papa vel privilegiatus ab eo. \* Et huic solemni  
postulationi propriè conveniunt ea quae hactenus dicta  
sunt, cumque eius admissio sit mera gratia; hinc in ea  
neesse non est formam electionis, quae habet c. 42. h. t.  
accuratè observare. At tamen in postulationibus regula-  
rium vota secreta dari debent ex declar. s. Congreg. super  
Trin. sess. 25. de reg. in 6. c. 6.



7 in eandē dignitate assumatur

- jo. Non sollemnis est, in qua licentia solum et consensus  
immediati superioris petitur, ut si religiosus assumatur  
in Episcopum; assumi requirit sine prelati licentia: non  
tamen requiritur consensus capituli: si abbas, consensus  
Episcopi desiderat, c. 27. et c. 26. De elect. in 6.
- ii. Q. quonam sint pena indignum postulantium? R. si postu-  
lent indignum ob impedimentum indispensabile, privantur  
ipso facto pro illa vice jure postulandi, et eligendi arg. c. 21.  
2. h. t. si indignitas sit dispensabilis, non tamen solet  
dispensari, postulatio non est ipso jure nulla, sed sola  
per sententiam annullanda, neque pena privationis  
ipso jure incurritur.

## Titulus VI.

De

### Electio et Electi potestate.

- i. Electio est persona idonea ad prelaturam vacantem  
per vota capitularia canonica vocatio. quomodo diffe-  
rat a postulatione dictum est p. c. 8. differt vero  
a collatione institutione, comenda, presentatione,  
in eo quod hæc non per vota, sicut electio, fiant: hæc  
vota sunt duplicia, activa idorum fil. qui possunt eli-  
gere, et passiva idorum qui possunt eligi; si quis vero  
in jure simpliciter privetur voce, solum de activa, que  
proprie vox est, intelligitur.

§. j.

Quinam vocem activam in electione habeant.

- i. De jure comuni illi soli eligere possunt, qui sunt  
membra idius collegij, cui jus competit eligendi c. j. c. 17.  
h. t. Alij vero extranei Clerici id jus acquirere possunt  
j. ex privilegio papa. 2. ex consensu capitularium  
pro una saltem vice extraneis Clericis jus eligendi con-  
ferentium c. 20 h. t. de g. h. t. 3. fundatione juxta  
c. 23. de jure patron. \* 4. consuetudine vel pre-  
scriptione c. 3. de cass. poss. et prop. statio fil. 40 años  
totidem enim tempus requiritur contra Canones. et quia  
qui eligere, etiam postulare possunt c. 4. de post. prel.  
hinc qui prescribit jus eligendi, etiam jus postulandi  
prescripsisse censetur.  
Quæ. An ad prescribendum jus eligendi requiratur



libulus? Negat probabiliter panorm. in d. c. 3. quia in  
eo & proter capsum 40. Annorum et possessionem, nullus  
tituli fit mentio.

Ceterum etiam ante completum prescriptionis tempus  
3. illi qui in pacifica possessione juris eligendi sunt,  
ad electionem admitti debent d. c. 3. de caus. poss. probat  
quidem Glos. in d. c. 3. per unum actum acquiri posse ab ex-  
traneo possessionem juris eligendi, si nempe electus ab eo per  
40. annos vixerit; verum probabilius est, plures actus posses-  
sionis intervenire debere ex d. c. 3. et c. cum alim de caus.  
posses. non enim videtur satis continuata possessio, que  
non nisi semel exercita fuit, nec argui potest patientia  
adversarii, quando occasio impediendi defuit, obstante vita  
electi per 40. annos in dignitate probata.

Laii vero sicut aliorum jurium spiritualium sunt 4.  
incapaces, sicut et juris eligendi, quod fit ut nec consuetu-  
dine nec prescriptione etiam temporis immemorialis id jus  
acquirere possint, imo qui eos ad eligendum admiserint,  
faciunt electionem nullam, ac per triennium ab officio  
et beneficio suspenduntur c. 43. et 56. h. t.

Quoniam electio nulla fit, si princeps vel patronus,  
sine votatione tamen in loco electionis presens exis-  
tat. R. apud Sappanus in 43. h. t. n. 32. quia se-  
cularis potestas formidinem incurrere et si libertatem  
eligendi minuire solet; al non est improbanda con-  
suetudo, ut pelt ab eo patrocinium ad electionem  
faciendam, eiusque facta consensus requiratur, quem tamen  
negare nequit ex c. 51. h. t. Ex privilegio tamen

papa secularibus jus eligendi competere potest, quia  
non excedit eius potestatem Laios sicut quid Clericis  
equiparare, ut in h. t. de jure patron. et de imm. dicemus.

Porro inter eos qui de corpore et collegio Ecclesia var- 5.  
cantis sunt, excluduntur a jure eligendi I. Novitij c. 32.  
h. t. in 6. II. Conversi Laii d. c. 32. \* III. qui ordine 6.

subdiaconatus initiati non sunt. Trid. sep. 22. de Ref. c. 7.  
potest tamen in monasterijs jus regula antiquam si  
consuetudinis immemorialis retineri; quia potissima con-  
cilio intentio fuit providere Cathedralibus et Collegiatis  
Ecclesijs, ut scilicet Canonici si ordines susciperent, quo-  
minus Clericatus post multorum annorum perceptos  
fructus renuntiare possent. \* IV. excluduntur 7.



7 censura notatos  
Si non sint denunciati

- censura notati, ut excommunicati excommunicatione  
majori c. 23. de appell. suspenso ab officio c. 16. d. fin.  
h. l. personaliter interdicti c. 10. h. l. putat hic  
S. Engel post Conil. Constantiense probabiliter  
admitti posse hereticos ad electionem activam, ab eis non  
apertior, quia in d. Conil. nulla eis facta est gratia,  
quam tamen admissio ad electionem activam aperte  
arguit, nisi enim vox activa favor foret, privatio  
eius pena non est.
8. V. Excluduntur per biennium religiosi proprietarii  
Tind. sep. 25. de Reg. c. 2. VI. Excluduntur pro ea  
vite, qui indignum scienter elegerunt. \* f. 10. si  
9. electio de indigno a majori parte capituli celebrata  
sit, jus eligendi in capitulares innocentes, licet ipsi  
numero pauciores pro illa vice desolvat c. 2. de postu.  
si vero omnes capitulares in indignum consenserint,  
jus eligendi pro ea vice penes superiorem erit c. 23. h. l.
10. VII. Excluduntur absentes sine legitimo impedimento,  
si vero quoddam adsit, possunt constituere procurato-  
rem, qui sit ex capitulo, jureque in animam absentium  
quod sit legitime impediti c. 42. h. l. ab quibus statu-  
tum est, favorem capitularium, hinc poterunt etiam a  
non impedito acceptare procuratorem etiam extraneum,  
nemo enim prohibet renuntiare juri suo. Caterum  
in c. 46. h. l. in b. prohibet ne absens per litteras votum  
suum det; quia votum non est ante scrutinium, sed  
in ipso scrutinio secreti exprimendum, docet tamen  
Laym. c. 9. q. 9. can. 9. 49. in electionibus regularium,  
in quibus forma scrutini exacte non servat, per litteras  
votum dari posse.
- Porro licet procurator cum generali mandato de inde-  
terminata persona, vel cum speciali mandato de certa  
persona eligenda constitui possit d. c. 46. nihilominus  
a s. Congregatione decisum referunt Garc. de benef.  
p. 5. c. 4. n. 200. Barb. ad Tind. sep. 25. de Reg. c. 6.  
quod in electionibus Regularium non nisi cum gene-  
rali mandato procurator deputari possit, et hic  
suo et principalis nomine eundem eligere debet,  
quem digniorem censuerit d. c. 46.
11. Caterum ad electionem vocandi sunt omnes capitulares



etiam absentes, qui debent et volunt et possunt comode  
interesse. c. 22. h. l. nisi essent valde remoti c. 19. h. l.  
quales saepe censent, qui extra regnum vel provinciam  
dequunt, favel c. 35. h. l. quod si vel unus vocatus non sit,  
potest irritare electionem c. 29. h. l. Quid vero par-  
tium sit, quando unus est, qui eligere potest  
vii. p. Engel. h. n. 77.

VIII. Demum Excludunt, qui in Ecclesijs Cathedrali-  
bus, et regularibus electionem ultra 3. menses à die  
note vacationis differunt c. 41. h. l. adeo ut pro ea via  
devolet jus eligendi ad superiorem, in Ecclesijs vero  
collegiatis electio sicut collatio in Beneficijs differri potest  
usq; ad semestre sed non ultra c. 2. De conu. prob. si  
tamen iustum impedimentum electionem retardaret  
tempus electionis non curret. c. 41. h. l.

Colliges electionem post lapsum terminum factam, de iur.  
iure nullam esse, si tamen nemo se ei opponat susti-  
neri potest à superiori c. 7. de sup. negl. prol. \* si vero is  
eam non sustineat, nec tamen intra 3. menses aliquem  
eligit, electio devolvetur ad proximum superiorem, quia  
Archiepiscopus.

I. 2.

### De Electione passiva.

Plures sunt qui ad dignitates Ecclesijs eligi  
nequeunt. I. qui tonsuram vel ordines clericales non  
habent. non excedit tamen potestatem papa alicui  
principi vel alteri Laico abbatias vel alias prelaturas  
in comendam conferre \* II. ad Episcopatum eligi  
nequit, qui prius per 6. menses in subdiaconatu non  
fuerit, Trin. sep. 22. de reform. c. 2. ut quis vero abbas  
eligere possit, solum requiritur ut sit 25. annorum incho-  
atorum, et in hoc 25. anno sacerdotium suscipiat c. 1.  
de stat. et qual. c. 7. h. l. aliqui ipso iure privatio  
abbatis induit. Est autem iste annus utilis, h. e.  
non currit iuste impedito c. 35. h. l. in 6.

si tamen impedimentum electo post electionem supra-  
veniens, non per unum aut alterum annum, sed per  
plures sine certo fine duraturam praevideat, privari  
potest dignitate d. c. p. de ab. et qual. Dispensatio







in aliquo Canone permittitur. scum ea non possit ratio:  
nabiliter intelligi data papa, cui alias competit; conse-  
ri debet data Episcopis.

VIII. Ineligibiles sunt Neophiti, seu qui primum 26.  
ad fidem catholicam conversi sunt; *1. Tim. 3.*

IX. Simoniace electi reijciuntur. \* Item qui requisitam 27.  
etatem non habent & in Episcopo 30. in alijs inferioribus 28.  
prelatis 25. anni inchoati sufficiunt. *Cy. h. t. Circa*  
*Abbatibus vult Trin. pp. 23. de regul. cy. ut ea eligat*  
*que sit 40. annorum, in huius defectum eligat que 30.*  
*annis exasperit, et 5. saltem annis in monasterio lau-*  
*tabiliter vixerit.* 29.

XI. Ineligibiles sunt ex defectu scientie ad Cathedralom  
Eclesiam, qui non sunt graduati, ne licentiati, ne ino-  
neri ad docendum publico alicuius Academia testimonio  
perhibent. *Trin. pp. 22. de Reform. c. 2.*

XII. Demum eligi nequit Episcopus unius Ecclesie in 30.  
Episcopum & alterius, sed postulari debet, *ut 4. seq.*  
*dicimus; sed dicendum de abbatibus, hi tamen licentia*  
*transmissa potest ab immediato suo superiore*  
*gloriantur, ut in 6.* §. III.

### De ordine et forma electionis.

I. Electio non nisi post tertium depositionis diem 31.  
si nisi aliter praebeat necessitas institui potest. *c. 7.*  
*d. 29. et c. 36. huius h. t. \**

II. in die electionis 32.  
celebratur missa de spiritu s. sub qua electores comu-  
nicant, ea finita recitant hymnum de s. spiritu.

III. qui praesit electioni protestatur nomine totius Capituli,  
neminem se admitturum, qui de jure eligere nequeat.

IV. praemittitur ab Ordinario si ad sit. absolutio a censuris.

V. tum devenit ad formam electionis, qua triplex est *c. 7.*  
*h. t. sicut 2. vel per inspirationem divinam sive revelatione 33.*

ubi electus fuit s. Matthias, s. Nicolaus, sive per  
quasi inspirationem divinam, que dari censetur, dum  
omnes electores nullo praesente tractatu unanimiter  
in unum conclamant. \* 2. per scrutinium; est 34.

autem scrutinium & collectio secreta votorum à tribus  
de collegio fide dignis sigillatim et in scriptis facta:  
hoc ut valeat, observanda sunt que *c. 72. h. t. prescri-*  
*bunt;* 1. ut praesentes sint omnes, seu capitulariter  
congregentur. 2. eligi debent 3. scrutatores de Capitulo;



in salutem tamen apud ut alij sibi idonei ad id manus  
35. deputent. \* 3. secreto, ordinati, ac diligenter sunt ex-  
primenda vota; secreto ut alij non respiciant cui  
quis dederit votum suum. ordinati, ut nempe ser-  
vatores de capitulo assumpti omnium primo de se  
in vicem vota expectant; diligenter quia indagari  
debet, quo zelo hunc potius quam alium electum  
velint; verum in electionibus regularium obser-  
vari nequit; quia sic nomina eligentium publica-  
tioni exponerent, quod velat Trin: sep. 25. c. 6.

36. 4. si vota voce trahita sint, scripto excipi debent a ser-  
vatoribus, ac mox publicanda, seu exprimendum est in  
quas et in quot personas colligent vota, cuius publica-  
tionis usus est, quod electores votum datum amplius  
mutare non possint c. 58. h. l. 5. facienda est collatio

37. votorum \* numeri ad numerum, Tali ad zelum, meriti  
ad meritum, igitur videndum est I. an electus absolute  
majora vota respectu totius capituli habeat, si enim  
sunt 24. et electus non habuerit saltem 13. electio nulla  
erit c. 50. et 55. h. l. \*

38. Putat Ripius quod passim in  
capitulis hic rigor non servetur, sed sufficit habere com-  
parative majora vota, ut si v. g. tres sint electi unus  
habeat 5. alius 7. alius 8. istius ultimi valeat electio,  
at hac consuetudo ut teneat probanda est, an sit legitime  
prescripta, et eius sit causa rationalis. II. videndum  
quo zelo electio facta sit I. de quo n. 35. jam dictum  
est an major simul et sanior pars consenserit. III. ubi  
electorum majora merita scientiam ac pietatem habeat.

39. Collatione facta debet formari communis electio h. e. unus  
ex scrutatoribus nomine totius capituli debet electum  
proclamare hac v. g. formula: Ego nomine meo, et  
eligentium mihiq; consentientium in Episcopatum  
Abbatem: huius Ecclesie eligo et electum pronuntio  
N. in nomine Patris.

Ceterum quod n. 35. diximus, post publicationem non  
licere amplius mutare vota, intelligendum est si electio  
valeat; sius enim dicendum. \* Præterea licet d. c. 11.  
requirat, ut electus majora simul et saniora vota habeat

7 i. e. prudentiorum

seus nulla sit electio; si tamen duplo majora nactus sit  
et si saniora non habuerit, obtinebit. c. 9. h. l. in 6.  
Specialitate est circa abbatissas quod nisi electa sint a duobus



25  
partibus Nominalium, confirmari nequeant c. 72. h. t.  
in d. hinc si aliqua tantum habuerit majora vota, et sint  
opponentes contra illam, debentur audiri. *Summariter h. e.*  
sine forma iudicij ordinaria, et si probaverint in idoneita-  
tem electa, deijciatur ab ad opta dignitate, sicut ex v. c. 42.  
fit accessus votorum, ut electa duas tertias consequi, et sic  
confirmari possit, qui accessus tamen in electione virorum  
non conceditur; quia post publicatum scrutinium variare  
vota non licet, c. 55. h. t. • *Hac de 2<sup>a</sup> electionis  
forma, nunc de tertia.* De compromisso.

Electio per compromissum fit, cum capitulares facul: 41  
tatem eligendi in unum v. g. Episcopum, vel plures idoneos  
conferunt. Nec interest an compromissarii sint de capitulo  
nec ne c. 9. h. t. modo clerici sint; compromissio tamen fieri  
nequit, si vel unus dissentiat c. 42. h. t. Est autem compro-  
missum aliud simplex seu absolutum, et aliud limitatum.  
id est, quo compromissariis datur potestas non solum eligen-  
di, sed etiam postulandi extraneum: hoc vero habetur, cum  
compromissariis imponitur, ut acceptis secreto singulorum  
votis idem eligere debeant, quem invenerint à majori  
parte capituli nominatum c. 32. h. t. parum aut nihil  
differt à scrutinio. Ceterum licet ex Trid. sess. 25. de  
Reg. c. 6. videatur forma compromissi in electionibus regu-  
lariam sublata, nihilominus adhuc probabiliter sustineri  
potest, abrogatio enim juris non censetur nisi expressa.

Porro compromissarii unum ex se ipsis possunt eligere, 42.  
ne munus suum ipsis damnosum sit. Imo potest compro-  
missarius sibi ipsis dare votum non quidem directe, sed  
indirecte; dum scilicet ipse aliorum compromissariorum vota  
in se iruta acceptat: sic si tres compromissarii fuerint,  
quorum primus tertium compromissarium, secundus autem  
extraneum eligat, poterit tertius iste compromissarius  
hoc votum acceptare, et sic vota majora efficiere c. 33. h. t.  
In forma tamen scrutinij de jure viciorum habere nequit. 43.

Solum ex jure compromissum non tantum per electionem,  
sed alijs modis, quos vide apud p. Engel hic n. 43. res enim  
non sunt tanti momenti, ut ei diutius immoremur.

#### S. XIV

De consensu, confirmatione, et consecratione  
Electi.

7 primi



47. Electione peracta mox debent eligentes consensum ab electo  
expetere, quem intra mensem prestare tenent; alias jure  
ex electione quasito excidit. Religiosis, quorum consensus  
à superiorum licentia speciali s; non generali s; dependet,  
mensis productus à die data licentia primum incipit  
currere, arg. c. 6. h. b. in 6.

48. Q. j. an electus occultum habens impedimentum eg. irregu-  
laritatis possit oblatam dignitatem acceptare? R. non  
posse vi c. 20. h. b. ubi de quodam occulte illegitimo electo  
dicitur, quod sponte maluit confiteri suum reatum, quam  
lesâ conscientia thronum conspiciere paratorum. Et certè  
canones statuentes impedimenta iusti sunt in foro externo,  
ergo et in interno. Oppon. s; Nisi talis acceptis dignitatibus  
cooperabitur ad sui difamationem. s; Ecclesia non iudicat  
de occultis. R. ad j. infamiam vitari posse recusando digni-  
tatem ex motivo humilitatis sine expressione impedimenti, si  
tamen urgens ratio exigat, ut talis electioni consentiret,  
posset acceptare dignitatem, ac clam im petrare dispensationem  
et sic revalidare electionem Innoc. in d. c. 20. n. j. ad  
2. Q. Epi occultum in actum externum non prodire, sicut N.

46. Ceterum nemo electioni consentire tenent, nequidem religiosus,  
à superiore ad id cogi valet, quia jure suo, quod in Monasterio  
habet, privatus non est, nisi lex charitatis aliud sua-  
deat.

47. Q. 2. an valet electio digni omisso digniore. R. valere  
et acceptari posse arg. c. 19. vers. idius h. b. peculiariter tamen

48. Valiter eligentes ex Trid. sess. 24. de reform. c. 1. \* Denum-  
nota, si facta electio mox vel morte electi, vel alia de causa  
solvat, rursus competere electoribus trimestre ad aliam  
faciendam c. 26. h. b. in 6.

### De Confirmatione

49. Confirmatio qua est approbatio promoti ad dignitatem  
j. petenda est intra tres menses c. 6. h. b. in 6. Electi vero ad  
cathedrales et regulares Ecclesias s; apostolica immediati sub-  
jectas intra j. mensem à presbitero consensu ad sedem apostolicam  
iter arripere, vel si id comode fieri nequit, personas  
idoneas cum toto electionis processu mittere tenent. c. 16. h. b. in 6.

50. II. Petenda est à proximo superiore c. 22. h. b. hodie tamen  
per concordata Germaniae confirmatio Episcopi, non ab illius  
Episcopo, sed à papa peti debet.

51. III. ante confirmationem electus sub pana privationis



26  
juris acquisiti, se immiscere non debet administrationi u.g.  
confus recipiendo, judicando. c. 17. h. t. excipe nisi in fiat de  
licentia confirmatoris, vel ea privilegio ~~ad~~ ~~confir~~ ~~ma~~ ~~tion~~ ~~e~~  
comptelal. <sup>Ceterum</sup> c. 44. h. t. conceditur administratio electis  
extra Italiam, quorum confirmatio ad papam spectat, modo de  
rebus Ecclesie nil alienent. docet tamen Gasserinus hinc  
c. 44. derogatum esse per Extrav. j. h. t. inter Com.

IV. Ut valeat confirmatio, adversarius si quis sit, in specie 52  
citandus est, vel generaliter omnes qui se opponere volunt,  
citandi sunt c. fin. h. t. in d. \* Sed quid si major pars eli- 53  
gentium dicat, se non in electum, sed in alium vota sua  
viresisse? R. scrutatoribus si duo saltem ex ijs jurato pro  
electo deponent, magis credendum esse, quia isti sunt  
contestati, eligentes vero testes singulares, cum enim ab ijs  
vota jurato exquirant, quilibet non nisi pro suo voto  
testari potest, at huiusmodi testes non plene probare,  
dicemus l. 2. l. 20. n. 57.

Ceterum confirmatio est voluntaria + juris dictionis, hinc ex- 54  
tra territorium confirmantis fieri potest. arg. l. 2. ff. de offic.  
promov. quoniam vero pena manual confirmantes indige-  
nam v. G. Engel hinc n. 54.

### De Consecratione et Benedictione 55.

Et si Episcopi confirmati ea qua sunt jurisdictionis exer-  
cere possint, non tamen illa qua sunt Ordinis Episcopalis;  
ea tamen alteri Episcopo delegare non prohibentur.

Ceterum intra 3. menses a die facta confirmationis susci-  
pere debent consecrationem sub gravibus penis Trid. sess. 23.  
de reform. c. 2. expressis. Hodie consecratio Episcoporum  
est papa reservata, potest tamen in partibus delegari, ~~et~~  
consecratio de jure debet fieri die Dominica cum cantat  
hora 3. in choro c. j. dist. 75. In Ecclesia ad quam quis pro-  
moveret Trid. Cit. a 3. Episcopis c. 2. d. 66. ex dispensatione  
tamen papa ab uno Episcopo, a presentibus 2. Abbatibus  
peragi potest, quia numerus Episcoporum non est a Christo  
institutus.

Nota in consecratione Episcopi: imo ipso die promotionis 57  
si ita papa decreverit: omnia beneficia, qua prius ipse ob-  
tinuerat, de jure vacant c. 7. h. t.

+ voluntaria jurisdictio dicitur ea que non nisi inter volentes  
exercet, ad eam pertinet legitimare, dispensare, beneficia con-  
ferre. jurisdictio vero contentiosa est ea que etiam inter invitos  
exercet, ad eam pertinet leges condere, punire, causas dirimere.



58. Porro benedictio, quae impenditur abbatibus est instituta ad similitudinem consecrationis, à qua tamen in multis differt. 1. non imprimit characterem, cum sit solum deprecatoria manu impoſitio c. j. d. 69. 2. non fit eam aſiſtentia 2. Episcoporum, sed 2. Abbatum. 3. non est de eſſentia officij Abbatialis. Convenit tamen cum consecratione in eo, quod reiterari non debeat. \* quod vero non solum die Dominica sed alio die festo fieri poſſit communis docent D. D.
- 39.

## Titulus VII.

De

### Translatione Episcopi.

1. Translatio est ab una Ecclesia in aliam auctoritate superioris ex causa justa facta commutatio. Dixi 3. auctoritate superioris, scil. papa respectu Episcopi c. j. h. l. sine qua si ad aliam Ecclesiam transierit, utranque amittit c. 3. h. l.
2. Q. j. quid operetur indultum, quo aliqui Episcopi obtinent à papa, ut si ad aliam Ecclesiam vocentur, ad eam transire, vel illam cum priori retinere, valeant. R. Licet probabilius tales postulandi et non eligendi sint, at tamen <sup>in eo</sup> melioris sunt conditionis, quam alij postulati, quia dignitatem oblatam mox acceptare possunt, ac inde jus ad confirmationem obtinent, cum tamen alij postulati ante superioris dispensationem nec consentire, nec jus aliquod habere possint. Ceterum dispensatus ut à minori dignitate ad majorem transire possit, ad parem transire nequit c. ult. h. l.
3. Q. 2. An invitus Episcopus transferri possit. R. affirmative si causa urgeat c. 35. caus. 7. q. j. secus duondum, ob vinculum spirituale, quod ipsum inter et Ecclesiam intercedit. privati tamen clerici facile ab uno in alium locum transferri possunt.
4. Dixi. 2. ex justa causa, quae est vel utilitas scil. Ecclesia, vel necessitas transferendi, alias enim sicut Matrimonium carnale sine causa dissolvi nequit, ita nec spirituale c. 2. h. l.
5. Porro translationis effectus est, quod prior Ecclesia mox vacet, cum translatus ab illius vinculo solvit; etiam ante expeditionem litterarum apostolicarum. v. Barb. in cod. ad c. j. h. l.

## Titulus VIII.

De

### Auctoritate et usu Pallij.

1. Pallium est singulare ornamentum desumptum ex



corpore S. petri, et à papa Archiepiscopis datum, designans plenitudinem pastoralis et Archiepiscopalis officij, quo Archiepiscopus certis solum diebus, et intra Eclesiam ubi potest.

2.  
Dicitur j. de corpore S. petri, quia super altare S. petri dicatum conficitur, vel quia à Romana Eclesia proficitur. \* Dicitur 2. Archiepiscopis datum, ac proinde etiam patriarchis et primatibus, non tamen Episcopis, nisi interdum ex privilegio. \* Dicitur 3. plenitudinem pastoralis j: qua de causa ex ovium lana conficitur: et Archiepiscopalis officij designans; quia ante impetrationem pallij, non vocatur Archiepiscopus, \* nec licet sit confectus, exercet licite actus majores, ut conficere chrisma, consecrare Eclesias, ordines conferre in propria Diocesi, et similia qua non ut simplex Episcopus, sed ut Archiepiscopus facere censetur. c. 2. de elud. minores tamen actus, ut confirmare, sacra vasa benedicere, non prohibetur exercere.

6.  
Dicitur 4. certis solum diebus; quia licet papa in omnibus missarum solemnibus semper et ubique pallio utatur; cuius ratio in c. 7. h. t. dicitur inferioris tamen papa non nisi diebus solemnioribus in bulla expressis. \* Dicitur 5. intra Eclesiam i. e. provinciam suam; hinc consuetudo utendi pallio extra provinciam corruptela dicitur c. 3. h. t. nisi privilegio adiuvetur. \* In loco tamen exempto sue provincie Archiepiscopus ubi pallio non prohibetur, hoc ipso quod talis locus non sit extra provinciam. gloss. in dem. 2. de privil. \* licet vero illi propria auctoritate missam solemniter celebrare possit, non tamen potest sine licentia exemptorum ea exercere qua sunt officij et jurisdictionis, ut ordinare, iudicare.

10.  
Ceterum pallium ita coheret personae, ut alteri cedi, vel comodari nequeat, sed cum eo quisque sepeliendus sit c. 2. h. t. quod si quis ab uno Archiepiscopo in alium transferat, novum pallium retento veteri, ut cum eo sepe dicitur, obtinere debet c. 4. h. t.

### Titulus IX.

#### De Renuntiatione.

Renuntiatio seu resignatio est spontanea beneficii dimissio. Dicitur spontanea tum ut privatio,



- facta à superiore, tam et dolus et metus excludantur.
2. Est vero duplex tacita et expressa. Tacita fit factis aliquo resignationem denotante, vel ea dispositione juris importante, ut si clericus in minoribus constitutus matrimonium ineat c. j. et 2. de Cler. conjug. similia exempla habentur c. 28. de prob. c. 3. de his qua fiunt. \* Expressa est, que fit verbis expressis coram legitimo superiore, sine cujus consensu regulariter beneficium dimitti non debet, alias sic dimittens per censuras ad reassumendum cogi potest c. q. h. l. Nomine autem superioris, non solum ordinarius, sed etiam patronus Ecclesiasticus: non tamen laicus. § venit.
4. Dixi regulariter. nam excipiuntur: I. Papa qui propria auctoritate renunciare potest. II. Excipiuntur qui plenum jus in bene beneficio non habent, ubi sunt electi, ne dum confirmati. III. qui habent jus litigiosum possunt recedere à lite, et dimittere jus suum, quod tamen non cedet colliganti, nisi iustum titulum probet. at per reg. Canad. de success. collig. colligans obtinere solet. IV. inferiores beneficiati: prius est de Episcopis c. nisi. 10. h. l. § ad religionem petita solum licet non obtenta licentia sui ordinarii transire possunt arg. 18. de Regal. beneficia tamen eorum non vacant, nisi secuta professione.
5. Quomodo resignatio ex justa causa fieri debet, qua causa ea c. jo. h. l. si exprimi solent.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis,

- quem mala plebs odit, dans scandala, cadere possit.
6. Circa debilitatem nota, tantam esse debere, ut ineptum ad officium pastorale reddat. Ignorantia vero talis esse debet, quatenus ipsa Ecclesia utiliter regi nequeat. Sed et per male conscius, non nisi cum intelligi, qui ob crimen admissum infamia notatus est. Denique ea hic intelligi debet irregularitas, in qua non solet dispensari; cetera causa sunt per se clara. hodie tamen consuetudo obtinuit, ut minorum beneficiorum resignationes sine graviore causa admittantur.
7. Q. huc an votum Episcopi vovens religionem valeat, ac proinde teneat Episcopatum resignare? R. valere quidem sed sub conditione si papa consensit consenserit, et ideo tenet vovens hunc consensum petere. Dicit tale votum fit in prejudicium melioris boni; Episcopatus enim est status perfectior: ergo nullum est. R. Episcopatum divi statum perfectiorem, non ideo quod Episcopum ad perfectionem promoveat, sed quod ea in ipso supponatur. si igitur perfectus



non fit, status religionis in quo perfici potest, pro eo melior  
ac lubior est erit.

Renuntiatio ex precepto indivisa in puram et conditionalem.  
pura fit sine restrictione, conditionalis vero sub conditione.  
talis est 3. qua fit in favorem certa personae, ut illi, et non  
alteri beneficium renuntiatum conferat. Haec renuntiatio  
in manus inferioris papae iuxta communem fieri nequit,  
imò vi bade 34 V. quanto Calapia, nec licitum est resignanti  
successorem solum per modum recommendationis designare. verò  
hanc Bullam cum lato rigore non ubiq; esse receptam dicimus  
in l. 17. de filijs praebit. n. 3.

8.  
Sed poteritne Episcopus acceptare resignationem in favorem  
tertij, rejecta conditione, adeoq; alteri quam designato bene-  
ficiam conferre? R. non posse, quia actus conditionalis  
non potest sibi unam partem admitti et sibi aliam rejici,  
sed totus ad mittendus, vel totus rejiciendus est. C. Aurelius  
§. Quem qua fit ff. de liber. leg.

9.  
II. fit resignatio conditionalis, si resignans reservet sibi  
fructus, aut pensionem ex beneficio resignato. haec resigna-  
tio in manus solius papae fieri potest, ut facile eruitur ex  
l. 3. decret. tit. ut Calapiatica beneficia sine diminutione  
conferantur. quia verò Episcopus potest ab alio decurpibus,  
infirmisq; pensiones ex beneficijs constituere, teste Barbof.  
de officio Epis. alleg. 33. subnum. 11. hinc poterit etiam ei  
qui pure, non conditionaliter resignat, ex causa constituere  
pensionem, at tutius agit resignaturus si pro ea re Episco-  
po supplicet, modo postea pure resignet. \* III. fit resigna-  
tio conditionalis, ex causa permutationis de qua l. 3.  
l. 19. dicimus.

10.  
Porro si resignatio à superiore acceptata fit, non dat amplius  
regressus ad beneficium dimissum. \* si vero quis procura-  
torem ad resignandum miserit, potest quidem re integra sive  
si procurator nil adhuc circa renuntiationem egerit, sive  
sive, ac mandatum revocare, ita tamen ut haec revocatio pro-  
curatori intimetur, secus resignatio valebit Clem. un. h. l.  
et si moreret principalis re integra, jam revocatum an pro-  
curator, imò et si negotium jam capsum sit. Clem. fin.  
de procur. Hanc tamen Clement non servari in curia  
tradit. Paris. de resign. Benef. l. g. c. 44. n. 34. Sed quid  
si principalis mortuus fuerit re integra, et procurator  
hujus mortis nescius resignavit, benebitne talis resignatio?  
R. quod non, quia post mortem principalis, nihil amplius  
est in eius vel heredum potestate, quod resignare possit,



com beneficium vacans statim devolvatur ad collatoris  
 potestatem; Nec obstat jus civile I. jo. Inst. de mand.  
 quia solum de rebus quae ad heredes transeunt, loquitur.  
 37. Q. ad quem spectent fructus beneficiorum, post resigna-  
 tionem vel mortem beneficiarii? R. fructus industriales  
 et naturales à solo separatos, usq; ad diem admisa resigna-  
 tionis debent resignanti; et fructus, qui adhuc pendent,  
 cum censantur pars fundi, solum civiles i.e. provenientes  
 ex re non producente naturaliter fructus, ut ex locatione  
 annua, quorum dies solutionis nondum advenit, debeantur  
 successori. Honor. in h. l. n. 37. et alijs.

Titulus X.

De suppletenda negligentia prelatorum.

q proximum

1. In h. l. statuitur, ut jurisdictio inferiorum prelatorum  
 cum in officio suo negligentes sunt, ad superiorem de-  
 volvat. et licet potiora capitula hinc negligentiam circa  
 collationem beneficiorum spectent, \* Nilominus  
 Episcopi in pluribus alijs causis negligentiam inferiorum  
 prelatorum etiam exemptorum, tanquam sedis  
 apostolicæ delegati, aut etiam delegatorum papalium  
 auctoritate ordinaria ex c. b. de offi. ord. supplere  
 possunt.
2. Sed et Archiepiscopus Episcopi non exempti negligenti-  
 am supplet, eiusq; jurisdictionem exercet, ut si crimina  
 notoria non emendaverit, si presentatos à patronis non  
 instituerit, et similia, de quibus Barb. de offi. Episc. p. 1.  
l. 4. n. 19.
3. At controvertitur, an jurisdictionis contentiosa Episcopi negli-  
 gentis citra appellationem devolvatur ad Archiepiscopum, ut  
 is mox per viam simplicis querelæ adiri possit. And.  
Guill. c. j. obs. 28. sic distinguit. an sit causa coram Episcopo  
 capta et pendens sit, vel an res sit adhuc integra & prima  
 causa appellatione opus erit, arg. c. 67. de appell. altero casu  
 si Episcopus debili saltem requisitus justitiam denegerit  
 seu causam non acceptarit mox devolvatur jurisdictionis  
 prime instantia ad Archiepiscopum arg. Nov. 17. c. 3.
4. Dixi si justitiam denegerit; nam si acceptatam causam  
 solum protraxit, et finire neglexit, prius decernentur  
 promotoriales litteræ, in quibus assignatur ver minus



Episcopo pro causa dirimenda, postquam primum iudicium de-  
solata censetur. *gail. d. l. n. 7. sed*

Q. j. an iudicium Episcopi negligentis in omni casu ad  
Archiepiscopum devolvatur? *R. affirmative. tum quia rubrica  
huius tituli est generalis, et quae sub ea ponuntur exempla sunt  
declarantia, non restringentia, tum quia finis legis est gen-  
eralis, ne scilicet fideles ex negligentia Episcopi damificentur, ergo  
etiam lex est generalis. confule l. 13. ff. de LL.*

Dius: c. j. h. l. in b. habet quod Archiepiscopus careat iuris-  
dictione in subditos Episcopi, nisi cum id ei expresse iure con-  
ceditur; ergo. *R. quod hic textus non loquitur de Episcopo ne-  
gligente, sed delinquente ac conspiris innodato, ut sit sensus  
ex culpa Episcopi non fieri devolutionem ad Archiepiscopum  
cum id non inveniatur à iure concessum.*

Q. 2. si Laicus cadat decimas à se iuste possessas v.g. monas-  
terio, et Episcopus obstitat, populus Episcopi consensum Archi-  
episcopus, vel solum papa supplere. pro papa est textus  
c. 17. de iure pat. at quia ibi nulla ponitur particula exclusiva  
ideo non excludit Archiepiscopum, cui cum proximo superiori  
de iure communi competit negligentiam Episcopi supplere.

## Titulus XI.

De  
Temporibus ordinationum et qualitatibus  
ordinandorum.

S. j.

### Generalia de sacramento Ordinis.

Dico nil aliud est quam spiritalis potestas ad aliquod  
altaris officium peragendum concessa. \* hunc ordinem  
esse verum sacramentum quod imprimis characterem s. de quo  
tit. 10. / liquet ex *Trid. sess. 23. de ordine c. 3. et 4. imo etiam  
conferre gratiam, textus est clarus ad *Tim. 4. Noli negligere  
gratiam qua in te est cum impositione manuum p. id habet  
2. ad *Tim. 1. ex quo damnantur haeretici, qui negant ordinis  
sacramentum, quibus omnes fideles promiscue novi testa-  
menti sacerdotes esse, aut pari inter se potestate spiritali  
praeditos esse contra *1. ad Cor. 12. et ad *Eph. 4. aperere non  
verentur.*****

Ceterum hoc sacramentum majores et sacros, ac minores et  
non sacros ordines in se complectitur. Majores sunt Episcopatus,  
presbiteratus, diaconatus et subdiaconatus.



7. Q. j. an Episcopatus sit ordo distinctus à sacerdotio? R. non esse, saltem si sumatur complete, quia si essentialiter includit sacerdotia ut sine illa valide conferri non possit.
8. Q. 2. An subdiaconatus inter sacros ordines ponendus sit? R. licet primitus inter sacros numeratus non sit, postea tamen ipsi accipit & q. de etate Aqual. dicunt, autem ordines sacri ob votum continentie ipsi annexum.
6. Porro minores ordines sunt ostiariatus, lectoratus, exorcistatus, et acolytatus; aliquibus addunt tonsuram, ab ea videtur potius esse habitatio ad ordines, quam ordo, idque satis colligitur ex Trid. sess. 23. de reform. c. 6. et 10. \* Dicunt, vero non sacri tum quod non ita proprie ad Eucharistia sacramentum accedant, tum quod votum castitatis non habeant annexum. At tamen qui in minoribus inibit Matrimonium, eo ipso privatur suo beneficio c. j. de cler. conjug.
8. Hos minores non sicut ac majores ordines sacramentum esse verius docet, ex Trid. sess. 23. de ordine c. 3. neque propterea plura erant ordines sacramenta; nam licet singuli ordines sint sacramenta, censentur tamen unum, tum unitate generis, quia quivis est sacramentum ordinis, tum unitate finis, quia omnes ad unum finem principalem scilicet confessionem corporis Christi referuntur.
9. Quanam vero sit materia et forma singulorum ordinum videantur theologi. \* solum nota quod esse curandum sit, ut materia juxta ritum Ecclesie contingat ab ordinando, si tamen contacta non fuerit, dum modo per Episcopum exhibita, nihilominus ordinem rite contacta esse probabiliter censeri debet. Ratio, quia nec ex divina, nec ex humana lege habet, contactum physicum ad substantiam ordinis requiri.

## §. II.

### De Ministro ordinis, temporibus et interstitijs Ordinationum.

11. Ministrum sacri ordinis esse Episcopum constat ex Trid. sess. 23. de sac. ord. c. 7. ab Abbatibus vero benedictis et mitratis sui etiam noverunt, et alienis cum licentia propriorum prelatorum ordines minores conferri posse docet p. Engel de privileg. Monast. priv. 99.
12. Imo etiam subdiaconatum ex concessione papa ab ipsi conferri posse, testantur privilegia quibusdam Cisterciensis et Benedictini ordinis Abbatibus concessa; nec enim erroris argui debet pontifex sine evidenti ratione. de presbiteratu tamen suum dicendum quia non extat exemplum.
13. Ceterum esse ordinatio sit voluntaria jurisdictionis, qua regulariter etiam extra territorium exercatur, c. 2. ff. de offi. procons.



atamen ex statuto panali Trid. sess. 6. de Ref. c. 3. Episcopus non nisi in propria Diocesi ordines conferre potest. in aliena tamen de ordinarij licentia conferre non prohibet.

34. Ut tempora ordinationum quod attinet, sciendum est q. minores quovis die Dominico, aut festo conferri posse c. 3. h. l. Majores vero non nisi sabbathis q. temporam, sabbatho s. sabbatho Dominicam passionis procedente d. c. 3. poterit tamen ob justam causam ordinatio in diem Dominicam differri arg. c. 13. h. l.

35. Qui vero extra hec tempora ordinatus fuerit, nisi ei privilegium suppetat, ipso facto ex bula Greg. II. cum ex sacrorum suspensionem incurrit. \* Censura autem, qua sic ordinatum manet, solum est ferrea sententia c. 2. et 3. h. l. ne obstat pena à Trid. sess. 23. de Ref. c. 9. statuta, quia potest et debet restringi ad ordinantem alienum subditum.

37. Q. 1. quis ordinales extra tempora à suspensione absolvere possit? R. probabiliter Archiepiscopus c. 16. h. l. presertim cum bula Greg. II. suspensio papa nullo verbo reseruetur. Nec dicitur quod hec suspensio in c. 9. h. l. sine termino prolata, videat perpetua, ac proinde induat naturam irregularitatis, à qua solus papa nisi sit occultus, absoluit; nam contra est quod de natura censura proprie dicitur, seu pena medicinalis sit, ut sine prefixo tempore ferat. ut l. 3. l. 39. §. 1. dicimus.

38. Q. 2. cum subinde ordinantes, vel ordinati habeant privilegium ad ordines vel conferendos vel recipiendos die festo, an requiratur festum fori, vel sufficiat festum thori? R. hoc probabiliter sufficere, modo sit ritus duplicis. Barb. de offic. Episc. ad leg. 17. n. 4. et alij.

39. Q. 3. cum sub pena suspensionis prohibendum sit c. 13. et 14. h. l. ne plures s. ordines vel etiam minores cum subdiaconatu eadem die recipiantur, quis ab ea absolvere possit? R. solus papa c. 13. et 14. h. l. ex commisione tamen etiam Archiepiscopus c. 16. h. l. consuetudo tamen in quibusdam locis obtinuit, ut eodem die alicui q. minores cum subdiaconatu conferant, quae licet juri communi contraria sit, non tamen Tridentino adversatur, nam hoc sess. 23. de Refor. c. 13. solum loquitur de duobus sacris ordinibus, ac proinde si sit legitime prescripta, impune perdat.

29. Tandem quo ad temporum interstitia sciendum est, quod certa temporum intervalla in ordinibus conferendis servanda sint sicut unius anni, ut à minoribus ad subdiaconatu



7 tamen

Itidem unius anni, ut à subdiaconatu ad Diaconatum  
et tantum temporis ut à Diaconatu ad sacerdotium liceat  
ascendere Trid. sess. 23. de Refor. c. ij. Nihil omnino in  
huiusmodi interstitijs dispensare conatum est à Trid. cit.  
Episcopis, capitulo sede vacante, non praelatis regularibus  
ordinariis. Hic nota annum non computari Mathematici.  
Item si quis ex aliena Diocesi cum liberis dimissorijis  
sine interstitiorum dispensatione in aliam venerit, an  
poterit ibi Diocesis Episcopus dispensare? De quod non;  
quia dispensatio est actus jurisdictionis, qui solum in pro-  
prios subditos exercet.

### §. III.

De

Qualitate Ordinandorum, ubi etiam

De Liberis dimissorijis.

21. Plures in ordinandis qualitates desiderant, scilicet sit baptizatus  
sine quo nullus est ordo c. j. de presb. non bapt. \* II. ut sit con-
22. firmatus Trid. sess. 23. de ref. c. q. omissa tamen confirmatio
23. non vitiat ordinem, quia non est substantialis. \* III. ut sit  
mas non femina. et licet in ff. Canonibus mentio fiat de  
presbiteris et Diaconissis, tamen solum erant uxores  
Diaconorum, vel presbiterorum ante ordinationem dicitur
24. c. 18. d. 32. \* IV. ut sit capax rationis et non minor septennia
25. ordo tamen si collatus valet. \* V. ut ceteras qualitates  
taceam. de quibus in seq. It. requiritur saltem quod ad licitudinem  
ut sit subditus Episcopi ordinantis, si sensus fiat, tam ordi-  
nans, quam ordinatus suspensionem incurrit de qua Trid.  
sess. 23. de Ref. c. q. <sup>verum</sup> subditus Episcopi quis esse potest,
26. I. Ratione originis adeo, quoniam ordinari potest in loco  
ubi natus est, et si alibi domicilium, vel beneficium  
possideat, modo parentes tempore ortus sui ibi domicilium  
habuerint, qui vero in aliquo loco velut in transitu res-  
citur, poterit ordinari in loco paterna originis arg. l. d.  
§. j. ff. ad municipalem, vel materna si ipse fuerit natu-  
ralis tantum seu idcirco natus ac postea legitimatus c. j.  
§. 2. c. q. ff. ad municipi.
27. II. Ratione domicilij veri. constituitur autem domicilium  
verum animo et facto, facto quidem per ipsam habitationem,  
animo vero per propositam perpetuo permanendi in loco. ubi  
Nota hoc domicilium prima etiam die constitui, qua quis  
in locum animo perpetuo habitandi, advenit; cum vero l. 2.



31  
de incolis dicit, qui studiorum causa in aliquo loco  
moratur, domicilium ibi non habere, nisi 30. annis trans-  
actis, non est intelligendum, quod ad domicilium verum  
requiratur decennium, sed quod ex lapsu tanti temporis  
presumptio de constituto domicilio oriat.

III. Ratione beneficii c. 3. h. t. in 6. et si hoc persona 28.  
lem residentiam non requirat, vel valde venie fit; quia  
textus hoc inter qualitates beneficii non distinguit, hinc ne  
nos distinguere debemus. arg. c. 9. ff. de publiciana.

IV. Ratione triennalis familiaritatis etiam censet quis 29.  
subditus Episcopi, si quis proinde in familia seu servitio  
Episcopi per triennium vixerit, ab eo ordinari poterit  
Diu. sep. 23. de resor. c. 9. Nota illud triennium sufficere  
quod incertum est, dum Episcopus adhuc canonicus  
erat. Rivius in prax. p. 1. resol. 276. et 278.

Q. 1. a quo sit ordinandus qui omnibus his titulis seu 30.  
rationibus caret. R. probabiliter ab eo, in cuius Diocesi in-  
venitur, quia non est magis subiectus uni quam alteri Epi-  
scopo.

Q. 2. An si clericus v. g. subdiaconatum receperit ab Episcopo 31.  
originis, liceat ipsi variare, et reliquos ordines ab Episcopo  
domicilii vel beneficii recipere. R. affirmative, quia in  
jure talis variatio circa ordines prohibita non invenitur; cum  
vero opponitur electione facta de variationem de negari c. 3. c.  
de o. et a. intelligendum est circa eandem materiam et  
subiectum, non circa diversa, ordo vero ab ordine numero  
et specie distinguitur. \* Ordinatus tamen a Papa ob eius 32.  
specialem reverentiam, ab alio sine eius licentia ordinari  
nequit. c. 12. h. t. 33.

Ceterum regulares etiam ordinum exemptorum ab Episcopo  
Diocesis in qua eorum Monasterium situm est ordines reci-  
pere debent, si vero is ordinationes h. non habeat, licet eorum  
superiori dare dimissorias ad quem vis alium Episcopum.  
ita a. Congreg. declaratum refert Tambur. de iure Abb. c. 2.  
d. 2. q. 23. n. 3. Alicubi tamen consuetudo viget, ut supe-  
rior exemptus pro lubitu det dimissorias: et merito, est enim  
proprie ordinarius habens jurisdictionem quasi Episcopalem  
in suos religiosos; id etiam arg. a contrario confirmat ex  
Diu. sep. 23. de res. c. 10. 34.

Novitios vero posse ordinari in illa Diocesi in qua Novitiatum



- agunt, et si alibi nati sint probabiliter docet cum alijs Barb. de offi. Epis. p. 2. alleg. 4. n. 36. quia censetur ibidem domicilia constituisse.
36. Porro dimissorias Episcopus subditis semper dare potest, nisi sit excommunicatus, tunc enim subditi sine his ab alio Episcopo ordinari possunt c. 2. h. b. in 6. Pius vero Episcopi sine speciali mandato dimissorias dare non potest, nisi Episcopus in remotis agat. c. 2. h. b. in 6. i. e. nisi sit extra provinciam, vel ultra duas dietas gloss. compellit tamen hac potestas capitulum se vacante. v. c. 3. At hodie ex Trid. sess. 7. de ref. c. 30. licet capitulis infra annum à die vacationis dimissorias concedere, nisi archiepiscopalis beneficii recepti, aut recipiendi causa, ne quando beneficium certum ordinem requirit, cuius suspensio ultra annum differri nequit. \* Præter probabiliter hic P. Engel ex paritate rationis, archiepiscopatum etiam dicit posse qui ad aliquam conditionem aspirans, eam obtinere nequit nisi habitis ordinibus.
38. Ceterum dimissorie semel concessæ si cum hac concessio sit gratia: non expirant morte concedentis arg. c. 36. de prebend. in 6. c. 36. de R. J. in 6. \* Qui vero dimissorias concedit et si ex Trid. sess. 14. de Ref. c. 3. et sess. 23. c. 3. dimittendum prius examinare debeat, usus tamen obtinuit ut examen comitatus Episcopo ordinanti.

## TITULUS XII.

### De

### Scrutinio in ordine faciendis.

- Scrutinium à scrutando dictum, est examen ordinandum: rum, idque triplex. 1. quod per mensem ante ordinationem fit à parochio vel alio iussu Episcopi juxta Trid. sess. 23. c. 3. in Germania non est in usu. \* 2. quod ex Trid. sess. 23. c. 7. fieri debet feria 4. ante ipsam ordinationem, vel cum oportum erit, 3. ab Episcopo, alijsq; viris peritis \* 4. examinando genus an ordinandus sit ex parentibus hæreticis, ab in Germania tales ab ordinibus non excludunt. \* et cum alias hæc <sup>constitutio</sup> sit penal- lis; hinc natos ex parentibus Judæis aut paganis, qui iurisdictio- ni Ecclesie non substant, non tangit \* 5. de inquirendo in perso- nam ordinandi, an sit servus obligatus, bigamus, legitimus aut corpore vitiatus. 3. in aliam <sup>de qua 4. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.</sup> in- <sup>notus</sup> nam infamia notati, publice penitentes p.



ordinari non debent, c. 55. d. 50. \* 5. in Doctrinam et quidem  
 Tim. 2. c. 2. d. 13. et 14. pro prima confusa coigit, ut  
 quis noverit rudimenta fidei, item legere et scribere; pro  
 minoribus, ut quis intelligat linguam Latinam; pro subdia-  
 conatu et Diaconatu, ut fiant illa, quae ad officia istorum  
 et ordinem exercendum requiruntur; pro presbiteratu ut quis  
 sacramenta administrare fiat, et populum in his quae ad  
 salutem suam necessaria sunt docere valeat. \* 6. Denique  
 in vitam nam Theophrasti ordinari non debent Tim. 3. circa id tamen  
 Episcopi iudicium attendi debet.

3. Denique scrupulum fit in ipso ordinationis actu  
 hic. cum nempe Episcopus quaerit, an ordinandi digni sint  
 ad id munus, cui olim Archidiaconus, hodie sacellanus  
 vel ceremoniaris, respondet, quantum humana fragilitas  
 noxe sint, et suo et lesisior idos dignos esse.

Titulus XIII.

De

Ordinatis ab Episcopo, qui renuntiavit  
 Episcopatu, vel ab Excommunicato.

Q. 1. An Episcopus qui renuntiavit Episcopatu  
 possit adhuc conferre ordines? \* R. si renuntiavit  
 loco, seu Diaconi tantum, retento Episcopali titulo, ab  
 alio Episcopo invitatus legitime conferre ordines. \* imo 3.  
 si solum ad tempus in aliena Diaconi moraretur, ibi etiam  
 suos subditos cum licentia illius Episcopi ordinare poterit.  
 \* si vero dignitati Episcopali renuntiavit, valde quidem  
 ordinat ob characterem ordinis Episcopi indelebilem; ab illi  
 c. 1. h. t. ideo qui ab eo s. ordines scienter recipit, pro  
 eorum exercitio eget papae dispensatione. At si ex ignorantia  
 fecit s. nisi crassa sit, poterit Episcopus proprius dispensare.  
 Minores tamen cum eos Abbates conferant, idos etiam cum  
 licentia propriorum praetorum conferre poterit. d. c. 1.

Q. 2. An Episcopus excommunicatus ordines conferre possit?  
 R. nempe <sup>facere</sup> quicquam de excommunicato saltem renuntiato, de  
 eo qui renuntiavit dignitati; nisi quod ille ne quidem mi-  
 nores conferre possit. quod si vero proprium subditum  
 huius excommunicationis noxium ordinavit, tunc dispensatio



ait Valens. h. t. ~~et~~ ad papam spectat; docet tamen  
Panorm. in c. 2. h. t. n. 2. quod vel sacerdos excommunicatus  
vel etiam ipse excommunicatus post absolutionem censura  
obtentam, dispensare possit.

6. Juris. ex. c. j. 2. et 3. caus. 9. q. j. ordinatio facta ab excom-  
unicato nulla est; ergo non est eadem ratio de excomunica-  
to ac de eo qui dignitati renuntiavit. Ex cum Gratiano  
haec capitula solum loqui, de ijs excommunicatis, qui nunquam  
catholici fuerunt, adeoq; potestatem ordinandi non acce-  
perunt.

7. Ratio eadem est ratio de Episcopo in haeresim lapsa, ac de  
excommunicato, ut scilicet licet ordinare nequeat, inq; etiam  
licet non sit denuntiatus; quia dsi ob excommunicationem  
non denuntiatam jurisdictionem non amittat, eam tamen  
amittit ob haeresim. 2. c. 1. h. t.

## Titulus XIV.

### De Aetate et qualitate et ordine proficiendorum.

#### §. I.

### De Aetate et titulo ordinandi.

Titulus iste proprie agit de ordine eorum qui digni-  
tibus proficiunt, iuvat tamen hic pauca de aetate  
et titulo ordinandorum praemittere.

1. Aetatem quod attinet, prima tonsura, lectoratus, ostia-  
riatus, et exorcistatus 7. acolitatus vero 12. annos
2. completos probabiliter requirunt. \* ad subdiaconatum  
ante 22.<sup>um</sup>, ad Diaconatum ante 23.<sup>um</sup> ad presbiteratum  
ante 25.<sup>um</sup> aetatis annum nemo promovendus Trid. sess.
3. 23. de ref. c. 12. \* Ex praxi sufficit annos illos inchoatos
4. esse. \* addit Barb. in coll. ad c. 12. Trid. n. 3. quod penul-  
timum annum complendum, et ultimum inchoandum dies  
bissextilis non computet.
5. Caterum qui ante legitimam aetatem scienter ordinatus  
ex Bula Greg. II. cum ex sacrorum est ipso jure suspensus,  
et si se ministraverit, fit irregularis. ab hac tamen suspen-  
sione, quibus sacerdotes absolvi potest. de Lugo in resp. nor.  
dub. 10.



Dixi scienter; secus enim videndum, si ignoranter <sup>6.</sup>  
 egit. Navar. in Man. c. 27. n. 155. hoc enim casu si non  
 incurreret suspensionem, si nec irregularitatem, licet in ea  
 illegitima aetate ministraret. Cov. in Rel. Clem. si furiosus  
 p. 1. §. 1. n. 4. Imo et si quis scienter ante legitimam aetate  
 tem ordinatus sit, si tamen ignorans v. Bullam ministra-  
 verit, probabile est, eum nec censuram, nec irregularitatem  
 incurrere, ex ijs qua in d. de pnt. excom. traduntur. & adu. <sup>7.</sup>  
 quod ignorantia bullae extravagantis, si non sit à locorum  
 ordinarijs promulgata, censetur tolerabilis, ac proinde  
 punit à peccato, si à censura excusat.

Dices j. Non solum v. Bulla. extrav. p. 11. sed etiam <sup>8.</sup>  
 jus comune prohibet ordinationem ante legitimam aetate.  
 R. de jure comuni docent comunius ob huiusmodi ordi-  
 nationem non incurrere censuram ipso facto, sed solum per sen-  
 tentiam iudicis. <sup>9.</sup>

Dices 2. si ignorantia excusat à censura, cur ergo ordinatus  
 ignoranter ab excommunicato incurrat nihilominus suspensio-  
 nem, ut inuimus ~~de~~ v. p. 1. n. 5. R. quod illa suspen-  
 sio non sit propria censura, cum non proveniat ex con-  
 tumacia ordinati, sed solum ex defectu ordinantis, qui  
 id quod ipse non habuit sibi. executionem ordinis dare non po-  
 tuit. c. 54. ff. de R. j.

putat quidem Barb. presbiterum mala fide ante legi-  
 timam aetatem ordinatum esse suspensum et irregularem,  
 sed bene id negat Engel, quem vide.

Quo ad titulum nota, de jure neminem ad s. ordines <sup>10.</sup>  
 admitti, nisi habeat titulum i. e. medium ex quo se honeste  
 alere possit. c. 1. caus. 2. d. 70. et alibi. & Et licet <sup>11.</sup>  
 olim ad diversos titulos quis ordinari potuerit, hodie ta-  
 men Trid. sess. 21. c. 2. de Ref. ad titulum beneficii ad-  
 viciam honestum sufficientis, ac pacifice possepi restrin-  
 xit. & Ex quo vides, quod minores, quibus quis sit capax <sup>12.</sup>  
 beneficii Ecclesiastici, sine titulo suscipi possint, atque  
 non subsisteret constitutio Trid. cum laicus beneficium  
 Ecclesiasticum possidere nequeat. & Atamen in Germa. <sup>13.</sup>  
 nia usus obtinuit, ut ad solum titulum mensa quis or-  
 dinetur, circa quem.

Q. j. An ordinatus beneficio destitutus, debeat interea <sup>14.</sup>  
 ex titulo mensa ali, et si infirmus, vel aetate fractus non



fit. R. Negat. si vel legendo missas, vel alio honesto negotio se alere possit. arg. l. 2. §. 7. ff. de agrosensis. si vero hoc modo non possit, tunc ex titulo alii debet, nisi is ad causam infirmitatis, aut senij omnino epet restrictus, tunc enim Episcopo ordinanti id onus incumbere videt. arg. c. 2. q. 1. §. 6.

† Titulus  
36. Q. 2. quis alere debeat clericum, si intercant bona super quibus fundatus erat? R. Eclesiis, si enim hec pauperes laicos alere debet, multo magis clericos. arg. c. 70. cap. 32.

37. Q. 3. à quibus et super quibus titulus mensa concedi debeat? R. tam persone laica quam Ecclesiastica illam constituere possunt, at non nisi cum hypotheca tot bonorum, que sufficiant ad honestum victum ordinandi. \* hec tamen non requirit, si à Monasterijs, vel Ecclesijs collegiatis concedat. Titulus, sed sufficit consensu capituli. Ratis, quia bona Ecclesiarum, sunt per se inalienabilia. \* proinde titulus, quem civitas vel oppidum concedit, à solo magistratu subscriptus non satis vale acceptat, nisi major pars civitatis consenserit l. 27. ff. de reb. cred. vel alius consuetudine suadeat.

20. Q. 4. An clericus, qui ab delictum suspensus vel privatus est beneficio vel depositus verbaliter, debeat alii ex titulo? R. Negat. si persistat in contumacia p. quia alioqui non curaret absolutionem, vel dispensationem. §. felus vero vicium cum gloss. fin. in c. 30. d. 30. et alijs.

21. Ceterum licet Trid. cit. pp. 21. videt, omnes titulos ad titulum beneficii restringisse, nihilominus ibidem admittit titulum patrimonij, at non nisi ad arbitrium Episcopi, si nempe is viderit hoc expedire bono Ecclesie, qui etiam curabit ne bona patrimonij alienent. \* ipsa vero quantitas patrimonij determinata in specie non est, sed in genere, ut nempe sit tanta, qua ad honestum victum sufficiat.

23. De filio fil questio an ad futura hereditatis paterna titulum ordinari possit. R. Neg. quia hec bona sunt incerta, cum pater in vita ea dilapidare, vel ipsum filium ex causa exheredare possit; nec obstat quod bona paterna fictione juris reputentur filij; nam Trid. vult ut patrimonium vere et non fide constituantur.

\* quid sit depositio verbalis vid. inf. l. 2. §. 37. n. 11.



tenetur tamen Pater filio Sacros ordines susci- 24  
pere intendenti Substantiam de Bonis suis  
tribuere. arg. l. fin. C. de Dotis promiss.

Nota ex Bulla Pij V. Romanus Pontifex non 25  
solum Clerici Seculares, de quibus solum lo-  
quitur Trid. cit. Sed etiam Religiosi, ij scil.  
qui Stabilitatem perpetuam in ordine non  
vovent, sine Titulo sub poena Suspensionis  
ordinari nequeunt. \* Hac tamen constitu- 26  
tio vi Bullae ascendente Greg. XIII.

Ceteros Societatis non tangit, qui si tamen  
dimittantur, tenetur <sup>eis</sup> Societas de ho-  
nesto victu providere. ut ex Declar. Sixti  
V. tradit Barb. hic apud Engel.

Nota 2. quod is, qui dolose se intrusit sine 27  
Titulo, incurrat Suspensionem Can. 12. d. 7.  
quam pariter sustulit quidem C. 16. cit. Sed  
Trid. d. Sess. 23. c. 2. eam videtur innovasse,  
quia in fine addit: antiquorum Canonum par-  
as super his innovando. putat tamen hic  
G. Engel cum alijs contrarium satis tuto  
defendi posse.

Ceterum Constitutionem Sixti V. Sanctum  
et Salutare in qua contra ordinantem, et  
ordinatum poena Suspensionis reservata  
lata est, Can. VIII. ad terminos furis  
communis revocavit.

## §. II.

De aetate et qualitate et Ordine praeficiendorum Beneficij Ecclesiasticis.

Nota 1. ex Trid. Sess. 23. c. 6. de Ref. ad 28

Beneficia simplicia et inferiora requiritur 29  
aetas saltem mchotatus. \* nisi

in fundatione aliud Statutum sit, cui Trid. 30

non vult derogare. \* nec Episcopus cum non  
sit supra fas commune, circa hanc aetate



31 dispensare potest. \* Ceterum ad pensionem  
sufficere aetatem septem annorum existimant  
nonnulli, eo quod pensio propria non sit Bene-  
ficii.

32 Nota 2. Neminem ad dignitates quascunq;  
quibus Cura animarum subest, promovendum  
esse, nisi saltem Viginti quintum aetatis  
annum impleverit, et doctrinam ad  
suum munus necessariam ac probitate commo-  
detur. Trid. Sess. 24. c. 12. de Ref.

33 Ad ceteras vero dignitates \* Personatus  
quibus animarum cura non subest, sufficit  
annus Viginti secundus aetatis. Trid. ib.

34 Ad Canonatus tamen Ecclesiarum Cathedra-  
dialium sufficere quatuordecim annos  
censet Barb. hic apud C. Engel. \* Sed id

35 plane adversatur Trid. ib. c. 24. ubi statuitur  
ut in Ecclesijs omnibus Cathedralibus omnes  
Canonatus habeant annexum ordinem Pres-  
byterij, Diaconatus vel Subdiaconatus infra  
annum suscipiendi. constat autem ex Supp-  
dictis d. j. h. t. quod isti Ordines majorem quam  
14. ann. aetatem requirant: ergo.

36 Nota 3. Licet Beneficiatus curatus infra  
annum nisi iusta impediatur ordinem Sacerdotij  
sumere debeat, alioqui ipso jure beneficio  
excidat C. 35. de Elect. in 6. at tamen Canonici  
infra annum non suscipiens ordinem requisitum  
non privatur Canonatu, sed ei subtrahitur  
dimidia pars distributionum quotidianarum  
et crescente contumacia damnum per sen-  
tentiam eo privari poterit Can. 2. h. t.

37 Q. An accipiens Canonatum sine intentione  
suscipiendi illum ordinem Canonatus an-  
nexum, peccet, ac teneatur ad restitutio-  
nem fructuum, si postea illum resignet  
non suscepto ordine? R. ad 1. Trid.

\* Personatus est quaedam dignitas, quae importat pri-  
cedentiam praeter reliquis Canonici.



35  
affirmativè, si nempe positivam ac fraudulenta  
intentionem habuit, non suscipiendi ordines c. 35.  
de Elect. in 6. Si tamen non habuerit Simpli-  
citer intentionem non suscipiendi, sed solum  
diferendi, usque dum per Superiorem co-  
gatur, licet peccat, non tamen tenebitur ad  
restitutionem; quia Lex poenalis non ex-  
tenditur ad Casus non expressos. Barb. in  
Tr. de Canon. c. 16. n. 12. plura de hac re  
vid. l. 3. t. 5. d. 6.

## Titulus XV.

De

### S. Uctione.

Impenditur S. Uctio in Baptismo, Confirm. 1  
Consecratione Episcopi, Ordinatione Sacer-  
dotum, in Coronatione Regum, in consecrati-  
onibus Ecclesiarum, Altarium, Vasorum Sa-  
crorum, ac tandem in eo Sacramento quod  
extrema Uctio nuncupatur. de qua in-  
telligit illud Jac. c. 5. infirmatur quis  
ex vobis inducat Craspheteros... ungentes  
cum oleo. ex quo patet usum S. olei anti-  
quissimum esse in Ecclesia.

Nota 1. ab Episcopo imprimis consecrari de-  
bere oleum olivarum Simplex, quod oleum  
Catechumatorum et infirmorum vocant, quia  
per id baptizandi et infirmi agonizantes  
unguntur. Tum confici debet Crisma ex  
oleo et balsamo, quod etiam adhibetur in  
baptismo, Confirmatione, Consecratione  
Episcopi, Ecclesiae, Altarium. oleum  
mysticè designat nitorem conscientiae, bal-  
samum vero nitorem bonae fame. c. un. h. t.

Not. 2. Uctionem Sacerdotum non esse de  
Substantia Sacerdotij, sed solum de necessi-  
tate precepti; hinc si omittatur, reiterari  
non debet ordinatio. 3



4 N. 3. Circa Unctionem Regum in Veteri Lege  
 Reges in Capite unctos fuisse; ad post Advan-  
 tum Christi, qui Caput est Ecclesia, cuius  
 Personam cum Pontificis representat, ideo  
 hi soli in Capite unquuntur, Principes vero  
 in brachio, per illud enim Principatus et Reg-  
 imen denotatur. Ungitur autem Imperator  
 à Pontifice, vel ab eo, cui is comiserit. c. 34.  
 de Elect. Reges vero à suis Metropolitanis.  
 Ceterum, quomodo Imperium Romanum per  
 Leonem III. à Grecis ad Germanos in Persona  
 Caroli Magni translatum fuerit, et qualiter  
 Papa fuis eligendi Imperatorem Principibus  
 Germania concesserit vide hic B. Engel. h. s.

## Titulus XVI.

De

### Sacramentis non iterandis.

- 1 Ex Sacramentis tria sunt, quae cum Caractere  
 imprimantur, reiterari nequeunt: ut Baptismus  
 Confirmatio, Ordo. Trid. Sess. 7. c. 9. Care-  
 monia tamen in eis omissa caute Suppleantur  
 sunt. \* Est autem Character Signum spirituale  
 et indelibile animae impressum, quo Prescipiens  
 Christo Duci Principi unitur, et in illius ser-  
 vum: quod fit per Baptismum: Militem: quod  
 fit per Confirmationem: ac Ministrum: quod  
 fit per Ordinem: consignatur. cuius rei tes-  
 timonium habemus 2. Cor. 1. et Eph. 4.
- 2 Q. j. An sicut ex reiteratione Baptismi bap-  
 tismus et baptizatus fiunt irregulares. c. 10.  
 Caus. j. q. 7. Ita etiam ex reiteratione  
 Confirmationis, vel Ordinis? R. Negative  
 quia irregularitas cum sit poenalis, non ex  
 paritate Rationis, sed ex Trid. expresso de-  
 sumenda est. c. 18. de Sent. Excom. in 6. Covar  
 apud B. Engel hic



Q. 2. An Confirmatio reiterari debeat, si Epis, 4  
opus per errorem non Chrismate, sed oleo benedicto  
confirmandum unxit? R. del Negativè Papa,  
i c. j. h. t. addit tamen cautè Supplendum, qd  
incautè fuit omissum i. e. munus Chrismatis  
rursus quidem fieri debet, sed sine prolatione  
forma. Cov. Var. Resol. l. j. c. jo. n. 4.

Q. 3. quomodo intelligendum sit, quod in 5  
c. fin. h. t. dicitur, Si in ordinatione Presbyteri  
manus impositio omissa sit, <sup>non est aliquatenus reiterandum</sup>  
sed illam tantum Supplendam esse, cum tamen  
manus impositio sit quid substantiale illius  
ordinis. R. <sup>non reiterandum</sup> ~~quidam~~ <sup>non reiterandum</sup>  
idem esse, ac solum Sacramentum  
Ordinis non esse iterandum, sed solum Sup  
plendam illam manuum impositionem,  
quæ Sacerdoti potestas datur remittendi pec  
cata. ~~R. vero R. de cap. loqui de  
de ceremoniali manuum impositione, qua  
in traditione Calicis et Patena adhi  
bitur.~~

Q. 4. quomodo in c. 15. d. 23. dici possit 6  
Subdiaconatum non accipere manus impo  
sitionem, cum tamen contrarium asseratur  
in c. j. h. t. R. del Barb. ibidem n. j. <sup>in eod. c. n.</sup>  
errore Typographi pro Diaconatu positu  
esse Subdiaconatum. Val dici potest, quod  
per manuum impositionem intelligatur collatio <sup>non</sup> tonsuræ, de quo Vid.  
Reiffers. h.

### Titulus XVII.

De

Filijs Presbyterorum ordinandis vel non.

Q. j. de quibus filijs Presbyterorum  
loquatur hæc Rubrica? R. tan  
de illegitimis, quam de Legitimis



i. e. de ijs, qui ante Clericatum ex Uxore legiti-  
tima nati sunt, de quibus c. ij. et passim. h. t.  
Statuitur, quod non solum ut illegitimi licet  
postea dispensati, sed etiam ut legitimi à  
beneficio quod eorum Pater immediate arte  
habuit excludantur, ne fiat Successio  
quasi hereditaria Beneficiorum.

2. Imò circa illegitimos licet dispensatos  
Statuitur, ut nequidem in eadem Ecclē-  
sia ubi Patres eorum beneficia sunt  
aut fuerunt, quoquo modo ministrare  
aut pensiones super fructibus bene-  
ficiorum qua Patres eorum obtinent  
vel obtinuerunt, habere valeant. c. 2.  
15. 16. h. t. Trid. Sess. 25. de Res. c. 15.

3. Q. 2. An à Successione in beneficio non tantum  
filius, sed etiam Pater, frater vel Nepos prioris  
beneficiarii excludantur? R. ex communi  
Negativa, quia fura de his non loquuntur, et  
cum sint odiosa, ulterius non sunt extenden-  
da. de Nepote tamem sic distinguendum:  
an Pater mortuus sit nec no. Si mortuus, tunc  
cum sit avi immediatus haeres nequit ipsius  
beneficium obtinere, eo enim casu iure ha-  
reditario venire censeretur; Tacus vero  
dicendum, si Pater adhuc vivat. In: in c.  
ad extirpandas h. t. Zoet. cod. t. n. 10.

Circa beneficia resignata nota ex Bulla  
Cij. V. Quarta. quod ea non possint con-  
ferri consanguineis resignationem ad-  
mittentium, puta Ordinariis; Imò neq;  
consanguineis resignantiū  
vel habet Declaratio Card. apud  
Gare; Verum hanc Bullam



37  
non abiq[ue] receptam esse testant[ur] Zijaus, Layman apud Engel h[ic] n. 3. vid. que in proemio de authoritate bullarum Extras. ac declarationum Card. dicta sunt.

Q. 3. An idem dicendum sit de nepotibus ex filiis illegitimis presbiterorum, ac filiis eorum? Inclinat quidem h[ic] B. Engel in sententiam affirm. ad ego in negativam, quia ut lib. prae. n. 3. diximus poenalia non ex paritate rationis, sed ex textu expresso desumuntur. Quia imo id ipsum definit Congregatio Concilii Trid. in sess. 24. c. 15.

Q. 4. An expositi, seu in plateis, alijsve locis reperiuntur sint legitimi? R. sententiam negativam esse probabilior[em]; quia communiter illi solum exponuntur, qui ex illicito congressu orti sunt. Nec dicas, quod in dubio pro legitimitate filij seu parte favorabili presumas, nam contra est, quod presumptio desumatur ex ijs quae communiter audiunt. probat tamen Covar. de facto promotum in ordinibus administrandis tollerari posse.

Q. 5. quis possit cum illegitimis dispensare? R. ad s. ordines ac curata beneficia solus papa, et cui is speciali privilegio conceperit, dispensat; ad minores vero ac simplicia beneficia etiam Episcopus c. j. h. l. in 6. et de vacante etiam capitulum. Nav. consul. 7. h. l.

Q. 6. An dispensatio pontificia cum illegitimis sit lata vel stricta interpretationis? R. esse stricta, quia per eam a jure recedit, proinde dispensatio simpliciter ad beneficia non intelligitur de beneficijs curatis vel dignitatibus. \* nisi aliud ex verisimili mente dispensantis constet arg. c. 41. de appell. hinc dispensatio ad s. ordines, probabilius censetur dispensatio ad beneficia, quia qui vult posse aliquem s. ordines suscipere, vult etiam posse habere beneficium, ne cogatur mendicare. abb. in c. ult. h. l. n. 2.

Q. 7. Possitne Episcopus in illegitimitate occulta ad s. ordines dispensare? R. affirmativam probabiliter sustineri, quia Trid. sess. 24. de ref. c. 6. dat potestatem Episcopi dispensandi in irregularitatibus ex delicto occulto: excepto homicidio voluntario; provenientibus; aliqui haec irregularitas saltem mediata ex parentum delicto provenit; ergo.

Ab. Vid. Contrary 11



30. Q. g. an illegitimè nati postea legitimati, ad ordines habiles  
sint? R. legitimatos per rescriptum principis non posse absq[ue]  
dispensatione s. ordines suscipere, Imperiali enim iudicio  
non possunt Ecclesiastica jura dispolui. C. j. d. jo. servus dicitur  
dum de legitimatis per subsequens matrimonium. C. 6. qui filii  
sunt leg.

## Titulus XVIII.

De

### De servis non ordinandis et eorum manumissione.

1. Servi in jure dicuntur, qui contra naturalem libertatem  
dominio nostro subijciuntur, cuiusmodi erant, qui  
olim in bello capti, aut ex matre serva nati fuerant.  
horum itaq[ue] ordinatio ob præjudicium Domini huius  
prohibetur.

2. Sed quid juris si servus defacto ordinatus sit? R. si  
Domino sciente et non contradicente promotus sit,  
mox liber efficitur, C. 20. d. 34. Si contradicente, deponitur,  
et Domino restituitur, nisi jam sacerdos sit factus. si  
vero ignorante domino suscipietur sub-vel Diaconatu  
ab Episcopo sciente illum esse servum, servus efficitur  
liber, at Episcopus tenetur domino dare duos servos, q[ui]  
bonos, vel solvere duplum pretium C. 19. d. 34. si  
nescivit Episcopus, ordinatus loco sui alium servum vel  
pretium prestat, aut in horum defectu revocatur ad servi-  
tulem; sacerdos tamen fit liber, sed peculium, si quod ha-  
bet, amittit, usq[ue] Domino audit, si peculium non habeat,  
serviet domino in divinis.

3. Quid si servus ingrederetur religionem? R. j. intra trien-  
nium revocari posse, et revocatus ad servitulem nihil-  
ominus ad vota obligatur. R. 2. si Monasterium cum  
servum servit, ab eo non dimittitur, estimatio tamen eius  
arbitrio boni viri, seu iudicis prestatitur. Barb. in C. 2.  
h. d. Miranda in Man. prel. tom. j. q. 17. a. 2.

4. Dicitur contra j. Res. semel Deo dicatum ad usus profanos  
transferri nequit. C. 51. de R. 4. in 6. R. quod regium  
procedat, in inanimatis consensibus. vel die, cum procedat  
in ijs qua pleno jure Deo dicantur, nec dicatio vertit in  
in præjudicium alterius.



Porro licet hodiernis moribus haec juris canonici dis- 5.  
positio circa servos non sit in usu, nisi circa eos, qui  
ex infidelibus capiunt; & nihilominus saepius usurpatur 6.  
1. saltem quantum ad interese Domini usarcendum: in  
adscriptitijs, qui alicui fundo colendo in perpetuum  
adscripti sunt, et Originarijs, qui ex talibus adscriptitijs  
nati sunt, quique proprii vulgo Leibriggen dicuntur.  
vid. C. j. §. 2. d. 54.

2. An filius familias egeat patris consensu ut ordines  
fascipere possit? R. aff. de decencia, non tamen de  
necessitate, nam haec necessitas nullo jure probatur.

### Titulus XIX.

De  
Obligatis ad ratiocinia ordinandis,  
vel non.

Obligati ad ratiocinia dicuntur, qui ad aliqua  
publicam administrationem obligantur, ut tutores,  
procuratores, tributorum susceptores &c. qui omnes ante  
redditas rationes ordinari prohibentur. Ratio, quia  
officiales eiusmodi in reddendis rationibus veli con-  
vini, et libris vexari possent, quod cederet in infamiam  
Ecclesiae. & Curam tamen gerentes miserabilium, &  
puta pauperum, viduarum, etiam in officio perse-  
verantes non arcentur. C. 26. d. 56. C. 22. caus. 16. q. 7.  
& imo nec praedicti officiales si cautionem praestiterint 3.  
C. 6. §. j. ff. de mun. et hon.

2. An sponsus invita sponsa ordinari possit? R. Neg. 4. 7 licite  
cum Sanchez de matrim. C. j. d. 47. n. 3. Ratio, quia  
nemo cum gravi alterius praesudicio ad ordines admittitur  
Dices, sicut votum non obligat in praesudicium melio-  
ris boni, ita nec sponsalia in praesudicium status me-  
lioris scilicet sacerdotalis. R. esse disparitatem, quia  
votum fit directi Deo, a quo non censetur acceptari in  
melioris boni praesudicium, sponsalia vero fiunt homini,  
a quo simpliciter acceptantur, et exinde absolute nascitur  
obligatio. Unde etiam verius est nequidem votum  
caritatis simpliciter in praesudicium sponsae valere sanct. d.  
46. n. 7.



De "andis  
Corpore vitiatas ordinis, vel non.

1. Vitiatos corpore repelli ab ordinibus constat, tota h. l. et d. 53. per totam. sunt autem in triplici differentia: alij enim sunt debiles, qui membrum aliquod ad se minus terium inuibile habent, vel qui continuo gravi morbo laborant v.g. paralisi. alij mutilati, qui carent aliquo membro, et alij deformes, qui enormem habent maculam, vel membri alicuius defectum vel excessum, ut sine honore aspicii nequeant.
2. Dico 1. Debitati, aut Deformati, siue sua, siue aliena causa non debent ad ordines admitti. c. fin. d. 53.
3. \* claudus vero si non egeat baculo, non ardet. c. d. d. 53.
4. \* Ceterum quanta debeat esse deformitas, vel debilitas, ut in casibus iure non expressis causas irregularitatem arbitrio Episcopi relinquat.
5. Circa oculum tamen nota, quod si erubus sit, de iure irregularitatem inducat. c. fin. d. 53. siue dexter, siue sinister fuerit. Qui vero oculum sinistram bonam, et dextrum coecum integrum tamen habet, irregularis non est.
6. \* Quid denique de deformitate lusciorum sentiendum sit, stat penes Episcopum; oculum tamen vitreum v.g. habentes prohibitus irregulares sunt, quia vera oculus erubus est.
7. Dico 2. Mutilati, qui studio mutilationem procurarunt, siue in magno siue in paruo membro, etiam in parte cuiuslibet digiti, ab ordinibus arceri debent; Ratio, quia in ijs non tam consideratur defectus, quam scilicet. c. d. d. 53. \* Dixi studio, nam si membrum sine culpa amputatum sit, in ordinibus suscipiendis non obstat, modo hoc membrum ad exercitium ordinum necessario non requiratur; secus enim
8. dicendum ex c. b. h. l. \* Ceterum inuile castrati, aut eunuuchi nati ad ordines admittunt, c. 7. et seqq. d. 53.
9. c. 3. h. l. \* Vulgi autem error est quod castratus ordinatus partem castratam secum portare debeat gloss. in c. d. d. 53.
10. Sed quid juris, si quis ob solam vocem sciens et volens castratus? R. quidam valent non esse irregularem, tum quia haec castratio illicita non est, cum sit ordinata ad diuini cultum, sitque quaedam perfectio corporalis, habere suam vocem; tum quia etsi homo non sit dominus membrorum



39  
suorum, est tamen usufructuarius, qui potest rem melio-  
rem facere, tum demum quod talis castratio procuret vite  
sustentationem. \* At verius est talem irregularem per 32.  
si enim hec mutilatio neq; ob bonum supernaturale licet c. 9. dist. 95.  
c. 4. h. l. minus licet ob bonum temporale, sed muti-  
lacio sui illicita causat irregularitatem. c. 6. d. 35. ergo.  
Maior est eo confirmata, quod castratio importet praesens  
vite periculum Nov. 342. Item, quod nemo sit Dominus  
membrorum suorum.

13.  
Agitur ad 1. Arg. R. licet suavitas vocis applicetur ad vi-  
vinum cultum, non est tamen ei necessaria, sed neq; est  
perfectio corporis virilis habere suavitatem vocis mulie-  
bris \* Ad 2. potest quidem usufructuarius rem melio-  
rem facere, non tamen rem sine necessitate auferre, a Dno  
auferri prohibitam. 3. Item ex nostra probatione  
per se ruit.

15.  
Ceterum si clericus aliena culpa mutilatus, debili-  
tatus, aut deformatus fuerit, in illis poterit officijs  
ministrare, ad qua non est inhabilitatus c. 2. de cler.  
egrot. si vero sua culpa vitiatum fuerit a Ministerio altaris  
arct. c. 4. h. l.

16.  
Gonos Epileptici et obsessi tamdiu ab officio suspenduntur,  
donec unius anni spatio Episcopi iudicio inveniuntur libe-  
rati. \* Abstemius vero et si sacerdos fieri nequeat, at  
17.  
sub-vel Diaconus episcopi non prohibetur. \* Tandem Herz: 38.  
martyrologus, licet si in eo virilis sexus prevaleat, viris  
annumeretur c. 10. ff. de statu. ad ordines tamen ob men-  
struositatem ac indecentiam admitti non debet. Nov. h. l.

19.  
Nota, quod cum mutilatis et deformatis irregularibus  
solum papa ad ordines dispensat. si tamen irregularitas  
proveniat ex delicto occulto, poterit etiam Episcopus,  
Triv. sess. 24. de Res. c. 6. Item poterit sacerdoti de-  
formato, qui in publico honeste apparere nequit, dare  
licentiam celebrandi in privatis capellis. Innoc. in c. 1.  
h. l.

## Titulus XXI.

De

# Bigamis non ordinandis.



1. Ex Bigamia qua est matrimonij <sup>reiteratio</sup> ~~causa~~, causari irregularitatem eruitur ex j. Tim. 3. et constat ex c. 37. d. 37. Ratio quia ~~quod~~ matrimonium patitur defectum in significatione sacramentali, qua est conjunctio Christi cum Ecclesia, seu unius cum unica. Eph. 5.
2. Bigamia passim dividitur in veram, interpretativam, et similitudinariam. vera est dum quis successivè cum duabus valide contrahit, ac eas cognovit. passim in d. 51.
3. \* Interpretativa contrahitur j. si quis in uxorem ducit corruptam, sive jam illa vidua sit, sive per fornicationem deflorata, c. 10. 13. d. 37. c. 5. h. l. si tamen vidua à priori marito cognita non fuisset, bigamia locum non habet. Contrahitur II. si maritus redat debitum uxori adultere, et si eam scilicet ignoret, c. 11. 12. d. 34. Contrahitur III. dum quis <sup>inuit</sup> ~~instit~~ duo matrimonia ob impedimentum dirimens invalida, vel unum validum et alterum invalidum et utrumque consumat; talis enim bigamus censetur ob affectum intentionis opere secuto c. 4. h. l.
24. Idque probabilius tenendum est de eo, qui cum vidua nulliter contrahit ob paritatem rationis. Nec predictis obstat vulgatum: non praestat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum c. 52. de R. J. in 6. quia regulae generales cedunt specialibus.



40

Sed quid juris, si matrimonium  
cum corrupta fuit nullum, ob  
defectum consensus? R. Zoefius  
h. d. n. ii. etiam tunc contrahi ir-  
regularitatem, quia Ecclesia attendit  
interiorem consensum; putat tamen

P. Engel probabiliter eam non  
contrahi; quia Canones eam con-  
junctionem, quae fit cum inten-  
tione maritali, requirunt. \* Et

hinc est, quod bigamus non fit  
qui extra matrimonium cum corrup-  
ta peccavit, vel plures concubinas  
habuit. \* Imo nec ille qui à se  
prius corruptam duxit, quia talis ad-  
huc est unica unici. \* Pro bigamis  
tamen habendi sunt, qui in infide-  
litate duas duxerunt uxores; vel  
unam ante et alteram post bap-  
tismum sibi copularunt, uti contra  
Hier. sentit Aug. c. 2. d. 26. et  
postea Innoc. c. 13. d. ead.

Similiter demum bigamia con-  
trahit, qui prius per votum solemne



Religionis, aut s. Ordinibz annexu spi-  
rituale matrimoniu cu Deo vel Ecclesia  
contraxit, et postea matrimoniu carnale  
aherere presumit. Dicitur est haec simi-  
litudinaria bigamia à similitudine, qua  
inter se habet spirituale et carnale con-  
jugium. c. i. et 2. qui clerici. e. f. h. t.

q. Can. 24. 27. q. 1.  
10

Q. 1. Quia Clerici intelligantur de quibz  
c. un. h. t. in 6. ait Papa, eos ob biga-  
mia omni privilegio clericali e. nuda-  
tos esse. Q. intelligi Clericos conjugatos mi-  
noribus initiatos, qui ex Trid. sess. 23. de ref.  
c. 17. in casu necessitatis, ubi scilicet deficient Cle-  
rici coelibes pro exercitio ordinum admitti  
possunt. Hic itaqz si bigamiam contraxe-  
rint, ipso jure perdunt Clericalia  
privilegia.

Q. 2. Quis dispensari possit in bigamia?  
Q. 1. ordinarie Papa. Nec obijcias, hanc  
irregularitatem esse juris Divini ex i-  
tem. 5. huic enim objectioni q. 2. n. 6. ja  
satisfactum est. Q. 2. In similitudi-  
naria saltem peracta poenitentia etia  
dispensat Episcopus c. 4. de cler. conjug.  
Item in vera et interpretativa si sit ex oc-  
culto delicto contracta. Trid. sess. 24. de  
ref. c. 6. sed de hoc vid. quae dicentur t. 39. §. n. 39.

q. vid. Pühl. hic  
Solutus vero ingressus  
in religionem nequit  
tollere irregularitatem  
ut docent communiter

Pari cum Episcopo gaudens potestate su-  
periores regulares jurisdictione quasi  
Episcopate in subditos suos exercentes, q. 2.  
Sua vero in religione hic nihil juvat.



41  
T. XXII.

De Clericis peregrinis.

In hoc Tit. prohibetur Episcopus, ne Clericos i. peregrinos, i. e. incognitos et vagos ad exercen- los suos ordines admittant, vel ad altiores promo- veant, nisi se rite ordi-atos vel per litteras proprii Episcopi, vel per testes ostendant, prosertim ante- quam eorum conversatio fuerit approbata. c. 2. h. l. facilius tamen in privatis capellis celebrare permitti possunt, si nulla gravis de iis oriatur suspicio. c. 3. h. l.

Quod quid si Clericus in iun-ctura belli exul, vel alias r. litterarum amissione, aut testium defectu ordi- nationem suam probare nequit?

R. si iustas afferat causas, cur testimonium de sua ordinatione producere nequeat, et aliunde ob bonos mores aliaq; indicia communiter reputetur pro Clerico, nisi super ad petitionem Episcopi iu- raverit se rite ordi-atum, ei credi potest. Panor. c. 2. n. 2. Garc. de benef. p. 7. c. 1. n. 130. Nec obstat c. 2. h. l. quia loquitur de iis qui se e ultro ad jurandum offerunt, et de quorum honis moribus non constat.

Quod autem inferiores Praelati beneficia con- ferre valentes Clericos peregrinos sine auctori- tate Episcopi in iis instituere nequeant, fa- cile emittur ex c. 1. 2. h. l.

T. XXIII.

De officio Archidiaconi.

Licet usus hodiernus primum ministerium A. pro- st Episcopum Vicario Generali attribuat, olim



tamen id Archidiacono <sup>competat</sup> competat; Archidia-  
conus enim vox græca, significat principem minist-  
rorum.

Eius officium est. I. officium divinum, et quod ad  
eum quoquo modo conferunt, ordinare. c. i. h. t.  
II. primariam s. vasorum et Ecclesiæ custodiam  
habere. III. quod corrigenda sunt in diocesi, corri-  
gere. c. 7. h. t. IV. Diocesim visitare. c. i. h. t.  
V. Ecclesias sui Archidiaconatus semel in anno  
visitare, nec sepius nisi ex causa necessitatis.  
z. c. 6. h. t. VI. Causas Ecclesiasticas ventilare.  
c. 7. Excipe tamen ex Trid. s. 24. de ref. c. 20. causa  
matrimoniales et criminales, et quod sunt altioris  
indaginis, sed hæc attendenda est consuetudo.

Diximus jam, quid sit possit Archidiaconus, nunc  
videamus, quid non possit. I. sine mandato Episcopi  
alicui curam animarum committere nequit. c. 4. h. t.  
II. nec potest dare dispensationes ordinandis. c. 8. h. t. III.  
multo minus ordines conferre. IV. jurisdictionem in  
Monasteria non habet. c. 5. h. t. V. non excommuni-  
cat. c. 5. h. t. nisi vel consuetudine, vel ab Episcopo ob-  
tulerit, quo sensu intelligitur c. 7. de præb. Ceterum  
in variis diocesibus plurima circa Archidiaconos in  
desuetudinem abierunt, vel ceteri per vicariam gen.  
vel alios ministros expediuntur.

## T. XXIV.

### De officio Archipresbiteri.

1. Archipresbiter quasi primus presbiterorum dicitur  
qui Presbiteris in his, quod sacerdotalis officii sunt, præ-  
c. i. h. t. subest Archidiacono. c. i. h. t. licet enim  
ordine maior tanquam sacerdos, cum non requiratur  
ut archidiaconus sit Presbiter, est tamen inferior  
jurisdictione, c. i. de off. Archid.
2. Archipresbiter alius est urbanus vel civitatis



qui in Ecclesia cathedrali; hinc canonicis praest, et  
 Episcopi vicem in divinis officio supplet; alius rurali,  
 vel plebanus, qui tum plebis tum parochorum, ali-  
 orumque Clericorum per minores Ecclesias habitantium  
 curam gerit; Circa quos ea quidem, quae minora  
 sunt, summarie componere potest, majora vero, et  
 quae sine forma iudicii ordinaria expediri nequeunt,  
 ad Episcopum referre debet; Imo nec delinquentes  
 sine auctoritate Episcopi puniri valet. *arg. e. y. h. t.*  
 Et licet c. d. de off. iud. ord. supponatur, quod Presbi-  
 ter possit sententiam excommunicationis ferre, verior  
 tamen est interpretatio, quod ille plebanus vel ex con-  
 suetudine, vel ex speciali privilegio majorem habuerit  
 potestatem, quam alias de jure communi Archipresbi-  
 teris competit. \* Ceterum tam Archidiaconus quam  
 Archipresbiter, si intra annum a die suscepti officii  
 ordinem ei debitum non accipiant, officium amittunt.  
*c. i. et Clem. 2. de etate et qual.*

7 de quo d. c. loquitur,

J. XXV. XXVI. XXVII.

De officio Primicerii, Sacristae & Custodis.

Primicerius dicitur, quasi primus in choro, et primus  
 ratione cantus, atque alio nomine Praeceptor vocatur  
 secundum Hostiensis. in summa h. t. officium enim can-  
 tandi, et psallendi, atque alios in eadem re instruendi illi  
 principaliter de jure incumbit, et inferioribus Clericis  
 lectiones ad matutinum, et modum cantandi assignare  
 debet. *c. i. d. ad primicerium. dist. 25. c. unus. h. t.*

Sacrista dicitur, ad quem proprie sacrorum vasorum,  
 et thesauri ecclesiastici cura spectat, unde etiam thesau-  
 rarius vocatur. *d. dist. 25. c. i. in fine.*

Hic est quasi Minister Sacristae. Glos. et Panorm. ad  
 rubric. d. de officio Custodis. ad cuius officium pertinet  
 iussu Archidiaconi ad horas canonicas pulsare, pallia  
 et linteamina altaris, et reliqua utensilia Ecclesiae di-  
 ligenter custodire, et quae ad sacrificium Missae ne-



cessaria sunt, parata habere, c. j. et 2. de off. Custodis.  
Ista quidem officiorum distinctiones, et subalternationes  
de jure traduntur; hodie vero in diversis Ecclesiis diversif  
mores ac ritus reperuntur, ita ut Titulum, vel p<sup>ro</sup>den  
dam talium officiorum Canonicis obtineant, ipsiq<sup>ue</sup> vero of  
ficii executio per Vicarios, etiam laicos, et Ecclesiarum  
famulos expediatur.

## T. XXVIII.

### De officio Vicarii.

1. Licet Archidiaconus et Archipresbiter Vicarii Epi  
scopi dicantur c. j. de off. archid. quia tamen hi solum  
in minoribus causis potestatem habent, idcirco de jure  
et <sup>consuetudine</sup> solet Episcopus aliquem deputare, qui in eius  
Diocesi jus et iustitiam etiam in maioribus causis  
administret.
2. Huiusmodi Vicarius vel est generalis, vel foraneus:  
generalis, qui et officialis Episcopi dicitur, est ille, qui  
generale mandatum habet jurisdictionem in quibusdam  
causis in specie exceptis: in tribunali Episcopi exer  
cendi; qua de causa in dignitate constitutus esse  
censetur, traditq<sup>ue</sup> Riccius eum pro re Canonice, sed  
hic consuetudo attendenda est. \* Ceterum ut aliquis  
dicatur Vicarius Generalis non requiritur, ut habeat  
administrationem in temporalibus, v.g. cura reddituum  
collectionem et similia, sed sufficit, si habeat in spiritual  
ibus arg. s<sup>es</sup>. 13. de ref. c. 2. et c. 3. de temp. ordm. in 6.
3. Vicarius foraneus; alicubi; Commissarius; est, quem Epi  
scopus habens amplam diocesim in certa aliqua eius par  
te constituit; dicitur foraneus, quia extra Urbem Epi  
scopi degit; non tamen inde sequitur, quod omnis Vica  
rius extra Civitatem sit foraneus; solent enim Episcopi  
qui dioceses ad diversas provincias extensas habent, plu  
res Vicarios Generales constituere.
4. Interest tamen, an quis sit Vicarius Generalis, vel fo  
raneus; nam 1. Vicarius Generalis est in dignitate et  
hinc habilis est, ut sit delegatus, vel executor causarum

4 Trid.



Papalium, non vero Vicarius foraneus, Clem. 2. de rescript. c. ii. eodem t. in b. ac propterea nec Propositor Collegiatum Ecclesiarum procedit. \* II. Vicarij Generalis Tribunal 6. est ipsum Tribunal Episcopi; ideo a Vicario Generali non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum appellatur. c. 2. de consuet. at vero a Vicario foraneo, qui separatim Tribunal habet, ad Episcopum appellari prope, usu receptum est.

Not. 1. Licet a sententia definitiva Vicarij Generalis ad Episcopum non appelletur, appellari tamen potest ab interlocutoria, sicut et de nullitate sententiae coram eo agi. Verula in praxi Episc. V. Vicarius. Honor. h. l. n. 23. Ratio, quia Vicarius interlocuens aut sententiam nullam proferens officio suo necdum functus est, ergo nihil obstat, quin Episcopus eandem causam ventilare possit; sed si ab Episcopo una specialis causa, quae ordinario jure de quo numero 10. Vicario non competit, eidem delegatur, ab eo ad Episcopum appellandum est, ceu a delegato ad delegantem l. un. C. qui pro sua jurisd.

Not. 2. probabile est, quod excommunicato Episcopo non suspendatur jurisdictio Vicarij foranei; quia idem Tribunal cum Episcopo non habet.

Q. 1. An Episcopus teneatur creare Vicarium, et an possit Religiosum vel Laicum constituere? R. ad 1. Non teneri, nisi ipse solus non sufficiat. Barb. alleg. 54. n. 122. R. ad 2. affirm. modo non s. de ordine mendicantium ob Clem. 1. d. ad prior. de regular.

R. ad 3. Laicum in temporalibus Vicarium Episcopi esse posse, non vero in spiritualibus; Absorem tamen in causis Ecclesiasticis agere posse praxis docet.

Q. 2. An Vicarius Generalis, habens generale mandatum, ea omnia possit, quae Episcopus? R. negat. quia multa sunt in jure, quae speciale mandatum requirunt, adeo, ut si Episcopus ei diceret: Do tibi potestatem omnia meo nomine exercendi, etiam quae speciale mandatum requirunt, adhuc tamen saltem quid sit sententia definitiva et interlocutoria. v. l. 2. l. 27. n. 3.



clausula in iure pro non sufficiente haberetur,  
debent igitur illa specialiter nominatim exprimi. arg.  
c. 4. de procur. in b. Clem. 2. eod. t. at iam

11 p. 5. quoniam igitur sunt illa, quae nominatim sunt  
exprimenda? R. ea quae tanti sunt momenti ac  
praesudicij, ut Episcopus verisimiliter nollet sine profici-  
tu suo expediri. c. 2. h. t. Item ea, quae in iure speci-  
aliter sunt excepta. Excipiuntur autem <sup>pro</sup> protestas  
inquirendi, puniendi aliorum excessus, vel eorum suis  
beneficiis, officiis p. amovendi. c. 2. eod. t. in b. III.  
Collatio beneficiorum. c. 3. eod. t. in b. III. de  
tuo dispensationum, nisi Episcopus in remotis agat. c. 2.  
de temp. ord. in b. IV. absolutio ab irregularitati-  
bus et censuris ex delicto occulto provenientius. c. 24.  
de res. c. 6. V. absolutio a casibus Episcopo  
reservatis. c. 2. de pen. et remp. VI. Alterius Vicari-  
i substitutio, saltem ad quoad universitatem cau-  
sarum. l. 5. ff. de iuris. VII. Diocesis visitatio. c. 6.  
de of. ordin. in b. Et haec sunt, quae clarioribus ju-  
ris textibus sine speciali mandato a Vicario Generali  
expediri nequeunt;

Ceterum circa causas magni momenti et praesudicij  
suetudo et stylus iudicij plerumque declarat, in quibus  
Vicarius Generalis sine speciali mandato procedere po-  
sit.

Porro finitur officium Vicarii revocatione, item morte  
vel excommunicatione Episcopi, sicut enim tunc in  
Episcopo tollitur iurisdictio, ita etiam Vicaris, qui tan-  
tum habet iurisditionem ~~mandatum~~. c. 1. h. t. in b.

4 non propriam  
sed Episcopi

## J. XXIX.

### De officio et Potestate Iudicis Delegati.

j. Iudex delegatus, qui in l. datus dicitur, est ille, qui  
ex commissione alterius causam aliquam tractanda  
suscipit. soepe enim fit, ut Iudex d. d. maris <sup>nolit</sup>  
vel alias impeditus sit causam aliquam ventilare,  
quam propterea alteri tractanda committit, unde



et tales delegati a Practicis Commissarij vocantur.

Delegatorum alij sunt universales seu ad universi- 2.  
patem causarum, quales sunt, quibus causa uni-  
versum, ut Vicariis Generali, vel in certo genere vq;  
Matrimonij, pp. ut Vicariis foranes commissarij sunt.

Et hi dicuntur proprie habere mandata[m] jurisdic- 3.  
tionem, in quibusdam dicitur a jurisdictione dele-  
gata; ut dicemus l. si. n. z. Alij sunt delegati speci-  
ales, quibus una solum, vel plures etiam sed certo  
numero committuntur, de quibus h. potissimum agi-  
tue.

Quisq[ue] alij sunt delegati a Jure: tales sunt Episcopi 4.  
copri, quibus jus in exemplis jurisdictionem concessit  
delegatione clausa in corpore Juris, ut in c. 13. d. co-  
terum de off. ord. Clem. un. de suppl. neg. Prot. Trid.

l. s. c. e. de ref. pp. \* Ubi notandum, si Episcopo 5.  
a jure tribuitur potestas cum clausula: authorita-  
te Apost., vel tanquam sedis Apost. delegato, tunc  
proprie erit delegatus, adeoque ab eo ad Papam dele-  
gantem appellabitur. Si additur clausula etiam  
vq; ut procedere possit etiam tanquam sedis Apostolica  
delegatus, uti in Trid. l. s. 6. c. 4. l. s. 22. c. 10. de ref.  
poterit uti vel ordinaria, vel delegata potestate. Si  
removetur in concessione jurisdictionis tantum obsta-  
cula vq; dum dicitur, non obstantibus privilegiis, cen-  
suris, revocatis privilegia jurisdictionis ordinaria exerceri possit.

deniq[ue] si ei conceditur specialis potestas vq; ab-  
solvendi, dispensandi p sine clausula adjectione uti  
Trid. l. s. 6. c. 24. c. 6. de ref. censetur talis potestas illi  
data speciali jure ordinario.

Alij sunt delegati ab homine, seu Judice ordinario, quo- 6.  
rum jurisdictionis non prius archat citatum, quam si  
Judex delegatus citans copiam authenticam com-  
missionis sua citato transmiserit, quia esse delega-  
tum est quid facti, adeoque probandum.

Quis causas delegare vel subdelegare possit? 7.  
R. ad i. omnis Judex ordinarius l. un. C. qui pro  
sua jurisd. Probabilig tamen est, Judices municipales,



seu maiores Magistratus delegare non posse l. 12. d. 1.  
ff. de iudic. l. 13. ff. de iuris.

8. Q. ad 2. Delegatus Papae vel alterius supremi iudicis etiam subdelegare potest. c. 20. h. t. l. un. C. qui pro sua iuris. sed probabiliter non nisi ex iusta causa tum ob c. 3. h. t. et l. 2. C. de Pedan. iudic. sed quia non videtur conveniens sine causa munus a Principe delatum recusare. Nec obstat, quod in d. c. 1. h. t. solum excipitur casus, si delegatus subdelegando malitiose exonerare se velit, nam qui sine causa subdelegat, hoc ipso malitiose se exonerare censetur.

9. Q. 2. An a subdelegato ad delegatum, vel ad primum delegantem appellatur? R. si delegatus a Papa vel a tam causa delegatus, nil sibi reservando, tunc ad papam, si vero sibi aliquid reservavit contra, v. g. articuli cognitionem, tunc ad ipsum subdelegantem appellatur.

10. Q. 3. An delegatus jurisdictionem ad personas in litteris commissio non contentas prorogare seu extendere possit? R. neg. ex c. 40. h. t. potest tamen prorogare ex consensu partium de tempore ad tempus de re ad rem, de loco ad locum ~~et~~ item ad ea sine quibus causa principalis decidi nequit.

11. Q. 4. Quenam sit differentia inter delegatum Papae, vel alterius summi Principis et inter delegatum inferioris iudicis? R. I. Papa non nisi personis dignitate ecclesiastica praeditis causas delegat, alij vero iudices inferiores: excepto legato Pontificis c. ii. de Rescriptis cuius Clerico, aut viro docto, causas delegare possunt.

12. II. Delegatus inferioris iudicis regulariter sententiam fieri potest, at eius executionem deleganti remittere debet. l. 15. in pr. ff. de fe. iud. Delegatus vero Papae, etiam possit executionem ordinario demandare, c. 7. et 2. q. 1.

13. eandem tamen ipsemet recte facit. c. 26. h. t. Alio concessa jurisdictione, illa quoque concessa intelligantur sine quibus jurisdictionis exerceri nequit l. 2. ff. de iuris. specialiter tamen circa delegatum Pontificis sanatum est, ut omnes: et eo superiores: jurisdictionem suam impediunt vel parere nolentes potius coercere

7. de quo tit. 32. n. 34. re ad rem, de loco ad locum ~~et~~ item ad ea



prosit. c. 5. ij. 20. 29. h. t. III. Delegatus a Papa vel  
 alterius supremi Principis subdelegare potest, ut jam  
 dictum. excipe tamen. I. Nisi cuiquam non iuris = 14.  
 dictis, sed nudum ministerium vq. predicare crucē  
 vel alia gravis causa, quo sine eo comode tractari  
 nequit, comittatur, quia tunc industria personae de-  
 legata electa censetur c. fri. h. t. at delegatus  
 ab Episcopo aliisque inferioribus iudicibus alium sub-  
 delegare nequit, arg. c. 62. de appell. & potest tamen 15.  
 delegans dare delegato potestatem, ut ipsius dele-  
 gantis nomine subdeleget. arg. c. 72. de h. t. m. 6.

Q. 5. An pluribus eadem causa delegari possit, et quo = 16.  
 modo tunc procedendum? R. Aff. c. 16. 21. h. t.  
 si in solidum vel divisim fuerit delegata & ut omnes  
 aut duo, aut etiam unus procedat, locus est pro-  
 ventioni, ita ut si unus processum inchoavit, alij  
 nec licite nec valide possint in ea causa procedere.  
 c. o. h. t. m. 6. si simpliciter tunc unus sine altero. 7  
 procedere aut sententiam ferre nequit c. 16. 21.  
 h. t. quod si ambo diversas sententias proferant,  
 utraq; suspenditur, donec delegans a alterutram  
 confirmet.

Q. 6. quod modis cesset delegatio? R. I. Revo- 17.  
 catione, vel morte delegantis re adhuc integra  
 h. e. iudicio necdum cepto c. 20. et 30. h. t. II. morte  
 delegati, modo delegatio facta sit personae, non dig-  
 nitate c. 14. h. t. III. si delegatus pronuntiaverit sibi  
 jurisdictionem non competere c. 30. h. t. IV. lap-  
 su temporis ad delegationem firmendam profinit, nisi  
 consensu partium prorogetur c. 4. 24. h. t.  
 V. sententia executioni data vel alteri demanda-  
 ta. c. 9. h. t. VI. denique recusatione suspecti c. 17. 25.  
 h. t. quo recusatio qualiter tractari debeat, V. Engel. hic n. 18.  
 Ceteri Engel. hic. ~~etiam in nostra hic.~~

7 ad l.  
 7 cum clausula  
 7 sine omni clausula



J. XX.  
De Officio Legati.

1. Legatos Apostolicos ordinariam Jurisdictionem habere, ipsiq. Provisibus, qui olim apud Romanos ad regendas Provincias deputati fuerant, equiparari constat ex c. r. h. t. in 6. \* sunt autem in triplici differentia; s; enim Papa unum ex Collegio Cardinalium quasi a latere suo: cui Cardinales semper assistunt: ad aliquam Provinciam dimittit dicitur legatus a latere; s; alium Praelatum non Cardinalem dimittit, dicitur Nuntius Apostolicus vel legatus missus; s; deniq. titulus Legati alicui Archiepiscopatus v. g. annexus sit, dicitur legatus natus. Circa hos igitur

3. Q. 1. Quodnam officium sit omnibus Legatis Apostolicis commune? R. In negotiis spiritualibus supremam in Provinciis curam habere, Principes et populos in fide et affectione erga Papam continere, eius constitutiones in usum deducere, aut cur id fieri non possit, eum edocere, aliaq. quae pro Ecclesiae utilitate expedierint, ad ipsum referre.

4. Q. 2. Quae sit potestas legati a latere? R. I. eodem sententia aliorum legatorum Jurisdictionis suspendit. c. 1. h. t. II. potest judicare exemptos, et Abbates eorum confirmare c. 36. §. 1. de elect. in 6. III. potest absolovere percussores Clericorum a censura reservata c. 4. h. t. IV. Circa dispensationes, Absolutiones, matrimonii solemnizationes habet concurrentem Jurisdictionem cum quolibet ordinario suo Provincia. Barb. Juris Eccles. l. 1. c. 5. n. 72. V. potest in provincia sua concedere indulgentias 100. dierum Barb. d. l. n. 5. VI. potest facere statuta totam provinciam obligantia, quae durant in perpetuum nisi revocentur, sed hoc potestas comprehendit omnibus



legatis. c. fri. h. t. c. r. eod. m. b. VII. Concurrunt  
cum Ordinario in collatione beneficiorum, nisi va-  
tatura suo collationi reservare potest. c. i. 3. h. t. m. b.

Verum in Germania, ob concordata s: de quibz l. 3. 5.  
l. 5. h. t. 4: cepat hoc potestas. 7

Q. 3. Jus sit potestas Nuntij Apostolici? R. eam  
Resumendam esse ex litteris legationis, de iure enim  
communi aliam potestatem non habet, quam quod su-  
dex ordinarius pronuntietur. c. 2. h. t. m. b. ac subor-  
ditas sua. Provincie a percussione Clerici, absolvere possit.  
c. 9. h. t.

Q. 4. An Nuntius missus cum potestate legati a la-  
tere major non competat potestas, quam ceteris Nun-  
tiis? R. neg. nisi in quantum ipse a Pontifice speciali  
mandato concessum. Ratio sumitur a paritate cum  
Vicario Episcopi, qui licet constitutus sit cum hac claus-  
sula, ut omnia possit, quo potest Episcopus, non tamen  
alia, quam nisi quo speciali mandato non egent. Nec ob-  
stat, quod verba Capto aliquid operentur c. 10. de Privil.  
m. b. at nil operentur, si nuntius cum potestate le-  
gati a latere potestatem alio nuntio majorem non  
habent. R. enim talia verba operari relative, quia  
se referunt ad mandatum, quod nisi in ampliori forma,  
quam aliis datur.

Q. 5. An asserenti se legatum esse credi debeat? R. si  
Cardinalis creditur; quia Cardinales alio, quam  
legationis titulo a curia mitti non solent; non autem  
creditur alio legatis, nisi ostensis litteris Papalibus  
c. 31. de off. Deleg. \* Incidenter h. nota in Bulla 9.

Q. IV. Et si Roman. Excommunicationem esse latam  
in Nuntios apost. qui a Principibus, ad quos mittun-  
tur, litteras commendatitias dignitatis incuria obti-  
nenda causa ambiunt.

Q. 6. Jus sit potestas legati nati? R. eam totam 10.  
ex forma Privilegii, in quo talis legatio continetur,  
dependere; licet enim c. 1. h. t. dicatur quod Archi-  
episcopus, si sit legatus a subditis suffraganeorum,  
eorum etiam in propria instantia adiri possit; \* attamen ii.  
ad concedendum est per l. 27. de ref. c. 20.

5. Ad summum igitur le-  
7 gatis in Germania  
jus remanet confe-  
6. rendi beneficia ex  
negligentia inferio-  
rum Collatorum ad se-  
dem apostol. devoluta  
non item beneficia re-  
servata nisi ex specia-  
li privilegio. Gloss.  
in c. 1. v. ampliori  
h. t. m. b.



12 Q. 7. Qualiter finiatur officium legati? R. fini-  
 I translatione negotij ad Papam per relationem vel  
 appellationem c. 5. h. 4. II. revocatione legati per  
 Papam, postquam hoc revocatio legato innotuit, et  
 probabiliter primum postquam e provincia exiit.  
 arg. l. 3. ff. de off. Prosid. III. morte ipsius non vero  
 Capo obitu. c. 2. h. 4. in 6.

## T. XXI.

### De Officio Judicis Ordinarij.

1. Judex ordinarius est, qui ordinariè in causis contro-  
versis jurisdictionis, quam a jure habet, adiri potest,  
 seu qui vi jurisdictionis, quam a jure habet, in omni-  
 bus controversiis, vel saltem in certo causarum ge-  
 nere judicat, et sic jurisdictionem exercet jure Ma-  
 gistratus, i. e. publico judicandi officio.
2. Q. hic. an mandata jurisdictionis ad ordinariam  
 vel ad delegatam revocari debeat? R. cum plus sit  
 mandare quam delegare, eo quod mandare jurisdic-  
 tionem importet universalitatem causarum l. 16. et  
 17. ff. de jurisd. at delegare solum refertur ad cau-  
 sas particulares; propterea a judice mandatario  
 non appellatur ad mandantem l. 1. ff. quis a quo appel-  
 bene tamen a delegato ad delegantem. c. 27. de off. ju-  
 rideo
3. ~~Quæ~~ censemus, mandata jurisdictionem potius ad  
 ordinariam quam delegatam referendam esse; licet  
 in rigore loquendo mandata habens jurisdictionem  
 non sit ordinarius, quia eam non habet a jure sed ab  
 homine. \* Sic miserimus Vicarium Episcopi  
 generalem, ~~Sancti~~ ~~foranensis~~ nomine ordinarij veni-  
 re, nisi ipsi per speciale mandatum datur solum per  
 testas limitata, hic et nunc unum speciale emittit  
 gens peragendi, quo casu huiusmodi Vicarius consi-  
 tur delegatus, ac porinde ab eo ad Episcopum ap-  
 pellabitur.
5. Locis interest, an quis sit ordinarius vel delegatus  
 Nam 1. Delegatus, qui non sit s. Principis, causas  
 Quid sit relatio v. nihil. 2. 1. 2. 6. n. 50.



sibi commissam alteri delegare nequit, secus Ordinarius.  
 II. graviores causa esse debent ad recusandum suspectu  
 Ordinarium quam delegatum. Hofst. in summa f. de  
off. iud. III. Delegatus, qui non fit p. Principis, exe-  
 cutionem sua sententia relinquere debet deleganti. c. 4.  
de foro comp. Ordinarius vero suam exequi potest. IV. Ci-  
 tatus a Delegato comparere non tenetur, nisi sibi prius  
 de legatione fides fiat. v. sup. l. 29. n. 6. secus citatus  
 ab ordinario. V. quando jura aliquid committunt ordi-  
 nariis locorum, tunc veniunt omnes jurisdictionem ordi-  
 nariam habentes, nisi ex subjecta materia aliud appa-  
 reat. gloss. in c. 3. de off. ord. in 6. at hoc in delegatis.  
 locum habere nequit. VI. demiqs delegatio expruat, si  
 delegans re integra moriatur, non vero officium iudicis  
 ordinarii c. 2. de off. leg. in 6. Id tamen limitatur in  
 Vicario Episcopi, et omnibus jurisdictionem mandata  
 habentibus, ex eo, quod illa jurisditio sit propria ipsiq  
 mandantis, ac proinde una cum ipso expiret. l. 6. ff.  
de juris.

**T. XXXII.**  
**De Officio Iudicis.**

Iudex est persona legitima, et vir bonus, juris s.  
 et equi peritus de controversiis litigatorum cognos-  
 cendi, pronuntiandiqz jus habens. c. 10. de V. S.  
 Dixi 1. persona legitima. i. e. a lege ad officium iu-  
 dieis non prohibita, quales prohibentur 1. 1. de vi,  
 ratione quorum tamen notanda est L. Barbarus.  
ff. de off. iud. \* II. feminae, illustribus exceptis. 3.  
c. 4. de arb. Abbatisas vero habere aliquam jurisdic-  
 tionem constat ex c. 12. de Maj. et Ob. ubi habetur  
 Abbatisam quamdam Clericos suo jurisdictioni  
 subiectos ab officio et beneficio suspendisse. que suspen-  
 sio. ait h. Engel, improprie sumi debet, pro sim-  
 pli; prohibitione celebrandi divina et fructuum  
 subtractione. \* III. Ob defectum naturae prohiben-  
 tur surdi, muti, furiosi, et impuberes. l. 12. ff. de fur-  
licis. Item Minores 20. annis cum limitatione ta-  
 men: de qua c. 41. de off. deleg. at de iure civili



- sufficit annus ior completus. L. 57. in pr. ff. de re ja.
5. IV. prohibentur Infamia juris notati d. l. 12.
6. V. Excommunicati, suspensi, Heretici, et schismatici;  
c. g. de off. jud. ord. C. 4. caus. 24. q. 1. qua de re vid. l.  
de sent. Excom.
7. Dixi 2. Via bonus. i. e. incorruptus, apud quem non fit  
acceptio personarum, nec privatus regnet affectus, qui  
proinde pro ea parte, quo causam habet probabiliorem, sen-  
tentiam ferre debet.
9. Sed quid si pro utraque parte stet equalis probabilitas,  
an iudex in favorem amici pronuntiare poterit?  
R. Negative; quia iudex non est Dominus rei contro-  
versa, adeoque nequit ceteris paribus rem pro libitu uni  
adjudicare; Putat hic P. Engel, iudicem ex motivo  
amicitiae sic decernente peccaturum quidem peccato  
acceptationis personarum, non tamen peccato iniustitiae.  
Id probat tum ex praaxi Dicasteriorum, tum ex Novel-  
lis. Verum hoc praaxi forte tam facile negatur,  
quam adducitur; Novella vero solum vult, ut iudices  
decernant, quod justum est, non vero quod totam rem  
pro suo arbitrio uni adjudicent, ubi utriusque equalis  
sunt probationes. Quid igitur iuris? R. cum P. Engel  
qui postea sic rem determinat; in praaxi, ait, causa pro  
reo vel possessore erit iudicandum juxta reg. ii. et 50.  
Jur. m. 6. Si vero uterque litigans personam rei vel posses-  
soris sustineat: ut si duo vicini super iure venandi, pro-  
candi, aut pasceendi litigent, et uterque docuerit de pos-  
sessione, profertur is, cuius possessio est antiquior, vel  
titulo munita; quod si vero utrobique sit paritas, cuius-  
bet possessio pro minoris, et communiter ad iudicanda est  
servando formam interdicti, uti possidetis, ita possi-  
deatis.
10. Caeterum ad bonitatem iudicis pertinet, ut ab ac-  
ceptione munerum absteat, unde iudicem accipien-  
tem munera ad restitutionem teneri et graviter pro-  
delicti circumstantia puniendum esse, textus sunt
- ii. in tit. ff. et C. ad L. Fuliam repetundarum. \* Esu-  
lenta tamen et proculeta sine exactione a partibus  
oblata iudex acceptare non prohibetur, quia ex



his minutis non presumitur inflecti animis boni viri,  
c. ii. §. in super. de rescript. m. b. l. 10. ff. de off. Pro. l.  
6. §. 3. ff. de off. Procons.

Q. An saltem pro suo labore iudex ab utraque parte 12.  
sportulas seu certam pecunie quotam exigere possit?

R. De iure canonico nec Ordinarius nec Delegatus id li-  
tere. vid. c. 10. de vit. et honest. Cleric. et c. ii. §. in super.  
et seq. de rescript. m. b. De iure vero Civili delega-  
tus non tamen Ordinarius: si summa pro qua litiga-  
tur 100 aureos excedat, duos ab initio, et iterum duos  
in fine litis accipere potest. Nov. 112. c. 9.

Pulch. Engel h. sportulas moderatas ob impensum  
laborem per consuetudinem utroque iure licitas fieri  
posse; \* si ergo si ei obijcias inde sequi licere etiam 13.  
sub hoc pretextu accipere munera. Sed quod non, ob  
disparitatem, munera enim, ait, non solent dari pro  
labore, sed pro sententia favorabili, ac proin obligant  
iudicem, ut favoreat; sportula vero exiguntur ab utraque  
parte aequaliter, et sic earum datio non obligat ad  
favorem praestandum.

Dixi. 3. juris et aequi peritus, quibus verbis patet, iudicem 14.  
esse non debere, qui iuris peritiam non habet, sine

ea tamen admitti potest, si alias sit vir prudens, ac a se-  
forum vel prudentiorum consilio utatur. arg. l. 17. C.  
de iudiciis. l. ult. §. de iuris. \* Ex quo resolvitur 15.

Iudicem ex imperitia male iudicantem non teneri tacti-  
one legis Aquiliae, ex delicto vero in solidum, ut medicus  
male curans, vel advocatus male consulens; sed solum  
ex quasi delicto, ad arbitrium superioris. Prmc. inst. de  
oblig. quod ex quasi. quia Iudex artem iuris necessario non  
proficetur, sicuti Medicus medicinam, advocatus iurispru-  
dentiam.

Dixi. 4. de Controversiis litigantium cognoscendi, pro- 16.  
nuntiandiis potestatem habens. pro quo nota potestate

hanc dividi in imperium et jurisdictionem. Imperi-  
um, quod pro iussu et coercitione accipitur, aliud est  
merum, aliud mixtum. merum est potestas gladij am-  
plius ad advertendi in facinorosos l. 3. ff. de iuris. vel est ju-  
risdictio, quod exercetur officio iudicis nobili, utilitatem  
publicam respiciens.

Tres sunt gradus meri imperij. 1<sup>us</sup> continet poenam 17

† actio legis Aquiliae sic dicta, quia Aquilio Tribuno inducta est,  
a est, quae datur adversus eum, qui culpa damnum dedit



mortis naturalis. 2<sup>a</sup> p<sup>o</sup>nam mortis civilis, ut de-  
portatio ad metalla, damnatio ad perpetuos carce-  
res. 3<sup>a</sup> p<sup>o</sup>nas <sup>non</sup> capitales, ut mutilatio membri, fufu-  
gatio, relegatio, bonorum publicatio, aliave p<sup>o</sup>na pec-  
cuniaria.

18 Putat Jozeius de jure canonico nullum esse me-  
rum imperium, eo quod hoc jure nulli p<sup>o</sup>na farqui-  
nis irrogetur; verum licet hoc verum sit de j<sup>u</sup>ri-  
d<sup>o</sup> et aliqua specie Tertij gradus scilicet de mutilati-  
one male tamen inde sequitur; ergo nullum est me-  
rum imperium. Certè potestas excommunicandi,  
siquis p<sup>o</sup>nis capitalibus comparatur sicut degradandi, cor-  
poraliter castigandi, perpetuis carceribus manci-  
pandi p<sup>o</sup> in foro Ecclesiastico exerceri solita aperte  
merum imperium arguit.

19. Porro mixtum imperium est potestas, quæ a nobi-  
li officio judicis exercetur privatam respiciens  
utilitatem, itaque solum concernit causas civiles  
vel criminales civiles sicut: i. e. ad restitutionem vel  
satisfactionem sicut: intentatas. Hoc de mero ac mix-  
to imperio, Nunc de Jurisdictione. Itaque

Jurisdictionis est simpliciter sumpta est potestas,  
quæ in exercitio judicis officio tum in cognoscen-  
do tum in pronuntiando sicut: sine jure tam non exequen-  
di sicut: exercetur, talem habere Delegatum diximus  
l. 29. n. 12. cum Delegatus cogere possit partes  
ut citationi pareant. l. 2. ff. de jurisd. Joes fa-  
lendum, quod simplex jurisdictionis non sit sine me-  
ro imperio; et quoad actum cognoscendi sicut: dicitur  
jurisdictionis, quoad actum vero coercendi imperium

21. Sed jam sine cupis, Quid sit officium judicis no-  
bile et mercenarium? R. nobile est id, quod  
Judex proprio motu non intuitu propriae  
actionis exercet ob publicam solum utilitatem



prout facit in criminalibus inquirendo et puniendo  
eos. Mercenarium est, quod iudex non proprio motu  
exercet, sed ex proposita actione iuxta cuius merita  
judicare debet. dicitur mercenarium, quia actioni-  
bus deservit.

Quoties, cum imperium et iurisdictio non solum 22.

concessione et delegatione, sed etiam consuetudine ac-

quiri possit, l. i. an etiam proscriptio? R. aff. 23.

arg. c. 13. de off. Ord. c. 13. de for. comp. Et sane si

alia regalia principis ex c. 56. de V. S. proscripti pos-

sunt, cur non etiam imperium et iurisdictio? 24.

l. 2. quantum tempus hoc proscriptio exigat?

R. si proscriptio exigat fiat contra ipsum Principem,

tunc tempus immemorabile vel 40. ann. cum

titulo requiritur. Cov. in relect. c. possessor. de R. J.

p. 2. d. 3. n. 4. eo quod presumptio juris sit contra

proscribentem, ideoque procedat dispositio Capituli. i.

de prosc. in 6. si vero fiat contra privatum, tunc suf-

ficit ordinarium tempus ad proscribenda jura incor-

poralia; \* Verum hoc sicut et id, quod de servituti-

bus adducit P. Engel, verius decidetur ex titulo

de Proscript. ad quem Lectorem remittimus. 25.

Q. 3. An concessio alicui castro hoc ipso etiam censatur

merum ac mixtum imperium concessum? R. aff. si

iurisdictio adhaereat castro jure ipsi proprio, vel si conce-

dens adiciat concessioni ampla verba. v.g. concedimus

castrum cum omni iurisditione, quod concessio, cum sit

favorabilis, nisi in prejudicium aliorum vergat etiam

merum imperium importat. Cov. pract. q. c. i. n. 10.

Q. 4. An et qualiter imperium delegari possit?

R. de jure civili merum imperium delegari non posse,

constat ex l. 6. ff. de off. Procons. l. 1. ff. de off. eius, cui

mandata est. Secus vero de jure Canonico, nam c. 2.

de officio vicarij. permittitur Episcopo cognitionem,

et punitionem causarum criminalium delegare; quod

autem Vicarij non competat merum imperium ipsi

ab Episcopo demandatum, alteri delegare, ideo fit, quia

cum Vicarius illud ex speciali Commissione Episcopi ac-



- quiritat, ipsius industria electa censetur.
29. Quo ad mixtum imperium praxis ipsa docet illud de-  
legari prope, imo id ipsum traditur in L. ult. ff.  
de off. eius cui p. Porro l. 2. ff. eod. f. quo hinc obijatur  
tangit casum particularem, a quo ad universale non est bona  
illatio.
30. Ceterum Academicis vi aucth. habita Q. Ne filius pro  
Patre, merum imperium ac jus gladii competere p. n. f.  
aliter cautum fit: / probabilis docent Doctores.
31. Q. s. An iurisdictionis per prorogationem acquiri possit?  
R. af. et quidem 4. modis scilicet: de persona ad personam,  
de re ad rem, de loco ad locum, de tempore ad tempus.
32. De persona ad personam fit prorogatio, quando titi-  
gantes a iure non prohibentur sponte se subiciunt  
iudicij, alias in se iurisdictionem non habenti; requiri-  
tur tamen ut iudex, habeat iurisdictionem eamque  
ordinariam. arg. c. 40. de off. Deleg. et ut litigantes  
a iure non prohibentur prorogare; tamen Clerici; iu-  
isdictionem iudicis Laici; nunquam, Ecclesiastici; vero  
incompetenti, non nisi ex consensu sui ordinarii in se pro-  
rogare possunt. c. 12. c. 10. de for. Comp. \* imo hodie in foro  
seculari raro aut non nisi cum consensu propriorum
33. Communi admittitur prorogatio. \* Cuius etiam  
h. d. Engel Iudicis alterius iudicis, quam Academicis  
ei iurisdictionem in se prorogare non posse.
34. De re ad rem fit prorogatio, quando iudex certam  
causam iurisdictionem habens ex consensu partium  
de aliis eiusdem generis causis iudicium assumit.  
De loco ad locum fit prorogatio, si iudex de-  
legatus, cum non debeat v. g. extra urbem, in qua  
deputatus est, partes citare, alibi de consensu par-  
tium iudicat. Denique de tempore ad tempus fit  
prorogatio, cum partes tempus, quod iudicij pro fe-  
renda sententia assignatum est, priusquam fuerit  
ulterius extendunt.

### T. XXIII.

#### De Majoritate et Obedientia.

1. Majoritas dicitur excellentia, qua prostat major



50  
minori; ex ea nascitur obedientia, quae Majoribus  
debetur. juvat hic a capite incipere.

§. i.

## De S. Pontifice.

De fide catholica credimus Papatum in S. Petro  
et successoribus eius à No. fuisse institutum, ut  
post ascensionem eius esset in Ecclesia visibile caput,  
quod totam regeret Ecclesiam. juxta illud Jo. 21.  
pascite oves meas. Et hoc caput vocamus Papam.  
Sic dictum à greca voce papeos, i. e. pater patrum,  
qui cum omnes ordines Hierarchia Eccles. procedat,  
Ordinarius Ordinariis suis solet, ac cum quolibet  
Ordinario concurrentem jurisdictionem habet,  
ita ut quivis omisso Ordinario immediate apud Pa-  
pam agere possit. c. 17. c. 21. caus. 9. q. 3.

Q. 1. An Papa sit supra Imperatorem? R. Aff.  
De praesentia dignitatis loquamur, sed de  
jurisdictione sit sermo, an scilicet Imperator sicut in  
spiritualibus, ita in temporalibus Papae subiectus  
sit, sermo res est intricatior, quidam enim id negant,  
fundanturque in c. 6. c. 5. d. 40. c. 6. d. 96. c. 21. caus.  
23. q. 1. alij affirmant ob Extrav. c. 1. h. ubi dicitur: Petro  
utrumque gladium concessum, et oportere gladium  
sub gladio esse, et temporalem auctoritatem spiri-  
tuali subijci; atque hinc factum, quod auctoritate  
Papae Imperium à Graecis ad Germanos translatum  
sit. Vid. Axor. just. p. 2. l. 10. c. 6. alij demum  
concedunt quidem Papae super Imperatorem juris-  
dictionem temporalem non per se, sed solum per ac-  
cidens, atque in his casibus, ubi Ecclesiastica indem-  
nitas sine caservari non possit. Nos circa hoc nil  
definitivum. definitivum.

Q. 2. An Papa alicuius iudicio subdit? R. negativè.  
Tota enim eius causa Dei iudicio reservatur. c. 6.  
d. 40. unde ab eo ad alium appellari nequit. arg. c.  
4. de Elect. et appellantes ad concilium generale



incidunt vi bullo cond. in excommunicationem Papa  
reservatam. Dices; Leo Papa se subiecit iudicio Im-  
peratoris. c. 41. q. 2. q. 7. ergo. R. quod illa subiectio  
non fuerit ex necessitate juris; sed virtute humilitatis.

7. Colliges. i. Quod Papa omni jure positivo humano so-  
lutus sit saltem quoad vim coactivam, non tamen  
quoad vim directivam, vid. sup. l. i. n. 27. II. quod in  
omnibus canonibus licet a concilio generali conditis  
dispensare possit c. 4. et 20. de elect. Trid. s. 25. de ref.  
c. ult.

8. Q. 3. An Papa etiam in jure divino dispensare possit?  
R. communiter doceri, cum Papa juri divino subdatur, in  
eo proprie non dispensare, sed solum declarare posse hic  
et nunc jus divinum non obligare, sed de hoc vid. l. 3.  
l. 34. n. 29.

9. Q. 4. Quomodo potestas Papae dividatur? R. in  
ordinariam, ut cum Papa juxta Canones vel con-  
tra eos, at non nisi urgente necessitate disponit, et in  
absolutam, ut cum ex plenitudine potestatis pro  
suo arbitrio contra Canones disponit, si igitur hoc di-  
positio fiat sine justa causa, valebit quidem, sed  
non erit immunis a peccato saltem veniali.

10. Q. 5. An Papa in arduis uti debeat consilio Cardinalium?  
R. absolute loquendo non teneri, salvis tamen epse,  
si id fiat.

11. Q. 6. Incidenter. a donatio territorii Romani Syl-  
vestro Pape a Constantino Imperatore facta, ut  
refertur c. 13. cl. 96. sit vera et valida? Ratio ne-  
gandi est, quia historicis, qui res gestas Constantini scrip-  
serunt, asserunt hanc partem Italiae ab eo in testa-  
mento inter filios distributam esse, addunt hereti-  
ci, non potuisse Imperatorem tantam Imperii par-  
tem alienare. Contra hos igitur probabimus I. quod  
Constantinus territorium Romanum donaverit Pa-  
pe. II. quod potuerit donare. III. quod rite dona-  
verit.

12. Juxta ad primum prob. non solum ex d. c. 13. sed etiam

juxta dicta 4  
sect 3. a 1



ex Decreto Constantini, quod infegre traditur  
 i. Conciliorum Tomo ab Ivone Carnot. l. 4. tit. de dig-  
 nit. Rom. Ecles. ab Isidoro m. tr. de synodo 7. de  
 Nicana synodo. Castald. m. tr. de Imp. q. 57. ubi  
 testatur: hoc decretum grecè et latine reperitur  
 fuisse in Bibliotheca Constantinop. et Vaticana.  
 huius decreti plures testes sunt apud Covar. var.  
 ref. l. 4. c. 16. n. 9. Et certe hoc ipsum confirmat  
 antiquissima ac inconvulsa s. Pontificum possessio  
 pro qua stat juris presumptio. Nec obstat, quod  
 historici huius Donationis non meminerint, quia per  
 hoc eam tamen non negant. De Testamento vero  
 Constantini non constat authenticè, eo tamen con-  
 cepto non videtur Donatio ab Ecclesia acceptata  
 amplius revocari potuisse.

Quoad 2. Prob. quia Imperator fuit supremus  
 Terrarum sui imperij Dominus, adeoque potuit de  
 re sua pro suo arbitrio disponere. facit etiam, quod  
 Carolus magnus aliq. Successores hanc donationem  
 confirmavit, Clem. un. de iur. iur. et c. 30. d. 63.  
 Quoad 3. Prob. ex eo, quia id factum est pro Exal-  
 tatione Ecclesie Catholicae,munitione contra Here-  
 ticorum invalescentiam, ac solatio Ecclesie in commu-  
 nitatis necessitatibus.

13.

14.

*S. 2. d. 2.*  
 De Cardinalibus Romanae  
 Ecclesie.

Cardinales, quasi cardines Ecclesie diti, sunt  
 precipui Papae Consilarii, officium eorum sem-  
 per fuit in Ecclesia, nomen tamen ante tempora  
 Sylvestri non exhibit. \* hos creare ad solum  
 Papam spectat, jus tamen eos nominandi etiam  
 Imperatori ac aliis Regibus competit. \* ut un-  
 tus autem galero ac vestitu rubro, ut designetur  
 quod usq. ad mortem suam debeant Ecclesiam. Et  
 licet non omnes sint Episcopi, sed quidam in Eccle-  
 sis sui tituli, solum Cardinales, Presbiteri, Di-  
 aconi vocentur, sunt tamen supra Episcopos

15.

16.

17.

18.



mis et Patriarchas, quia unum Corpus cum Papa  
constituunt.

19 Q. i. quod sit potestas Cardinalium? R. i. in Eccl.  
suis sui Tituli habent jurisdictionem quasi Episcopa-  
lem. c. ii. h. l. II. s. sacerdotes sunt maiores confer-  
re possunt. III. Papa de heresi suspecto, vel ortho schi-  
mate, dum nempe duo de pontificali contendunt,  
concilium egere possunt. Sede tamen vacante non  
transit ad ipsos jurisdictionis papalis. Clem. 2. de elec.  
IV. ius eis datum est interpretandi Concilium. Trid.  
V. ius item eligendi Papam per eos ipse est. at

20  
7 de elect.

Q. i. quidnam in hac electione specialia sint? R. i. iuxta  
c. 3. q. i. in 6. I. Non vocantur absentes Cardinales  
sed solum 10 dies a morte Papae expectantur. II. Car-  
dinales eligentes presentes a diebus 10 diebus includun-  
tur in conclavi. III. nisi intra triiduum electio fiat,  
penduntur Cardinalibus. IV. Electus debet ha-  
bere duas Testias. V. ut ista observentur, execu-  
tores a iure constituti sunt. consule d. c. 13. ob-  
servat. Barb. ex c. 6. de elect. etiam in Papam eligi  
posse, qui non est Cardinalis.

§. 3.

De Legatis Sedis Apostolicae

De his equius l. de off. Legati, eo igitur nos remittimus.

§. 4.

De Patriarchis, Primatibus, et Archiepiscopis.

22 Patriarcha quod est summus seu Princeps Ecclesie sicut  
c. j. d. 21. Majores sunt 4. scilicet Constantinop. Alexan-  
Antioch. Hierosolymitanus. Minores sunt Aquilejensis,  
Venerus, Athiops et Indiarum.

23 Primates sunt quidam Archiepiscopi potentiores,  
ut in Hispania Toletanus, olim in Germania Mag-  
deburgensis, hodie vero Salisburgensis. Con-  
Patriarcha minor et Primas praeiurati ambulant,  
et quo de Patriarchis in iure leguntur, de majoribus intelligi  
debet. Barb. Jur. Eccl. l. j. tr. d. c. 6. n. 10. et 49.



Potestas Patriarcharum in eo maxime consistit, quod Ordinarii sunt omnium Archiepiscoporum in suo districtu, quoniam vero potestas sit Patriarcharum minorum, ex eorum specialibus privilegiis petendum est.

24.

Archiepiscopus ex greca voce Princeps Episcoporum dicitur, vocatur etiam ob multitudinem urbium sua Provincia Metropolitanus. \* Obtinet autem

25.

duplicem superioritatem. 1. illi competit respectu sua Diocesis, in qua habet ea jura, quae quilibet Episcopus. 2. respectu Episcoporum sua Provincia, quos suffraganeos Episcoporum vocamus.

26.

Archie

Nota. 1. quod superioritas respectu Episcoporum non in s. ordine, sed solum in dignitate majoris officii consistat. II. quod ipse Archiepiscopus sit summus Ordinarius. c. 6. caus. 10. q. 3. c. 11. de off. ord. c. 1. eod. in 6.

27.

Hodie tamen per Trid. sess. 24. de ref. c. 5. cause criminales Episcoporum graviores solum a s. Pontifice, minores vero a concilio provinciali, vel ab eo deputatis terminantur.

Hanc Trid. constitutionem etiam ad causas civiles a

28.

s. Cong. Card. extensam esse, refert Barb. Verum cum Cardinales Tridentinum: quod hic solum causarum criminalium meminit: ultra proprietatem verborum extendere nequeant, hinc nisi dicta Card. declaratio in forma authentica exhibeatur, merito in dubium revocatur.

III. In casibus ad jurisdictionem Archiepiscopi pertinentibus in suos suffraganeos censuras ferre potest, per se tamen, non per Vicarium c. 1. de off. ord. in 6. \* at IV. in subditos suffraganeorum nul-

29.

30.

lam exercet jurisdictionem. c. 11. de off. ord. c. 7. de sent. Execom. in 6. nisi in appellatione quoad effectum devolutivum, et in visitatione provinciarum. c. 3. de apprel. in 6. Item in criminibus notoriis, si ea suffraganei punire negligant. c. 1. de cons. in 6.

+ quid sit effectus devolutivus. v. inf. l. 2. §. 20. n. 12.



et in iuris illatis sibi aut suis nuntis. c. i. de prom. m. b.  
 V. In Vicarium Episcopi suffraganei, Archiepiscopus et  
 am jurisdictionem habet c. i. de off. vic. m. b. VI. Ar-  
 chiepiscopus potest precipere suffraganeis, ut per  
 suas Dioceses fervent ea, quo ipse servat in sua, modo  
 fundata sunt in iure communi, vel sancita in concilio  
 provinciali. c. 30. de symonia. VII. Potest alicui  
 predicationis officium in tota sua Provincia inter-  
 dicere. c. 15. de privil. c. 2. de arbit. VIII. potest con-  
 cedere indulgentias iuxta c. 14. et seq. de pon. et c. 15.  
 quomodo vero possit supplere negligentiam Episcopi  
 diximus l. 10.

S. 3.

De Episcopis, Officio, et Potestate eorum.

33. Episcopos s. quos ex greca voce superintendentes voca-  
 34. care possumus: in locum Apostolorum successisse  
 constat ex c. 2. d. 21. c. 6. d. 60. \* Est itaq. potestas  
 Episcopi mediate a. No, saltem si eam in se confide-  
 mus, nam si eam spectemus quoad certas Processus, et po-  
 pulos Episcopi subiectos, a S. Pontifice descendit.  
 c. 12. caus. 2. q. 6.

7 Potestas Episcopi  
35.

Dividitur in potestatem Ordinis et Jurisdictionis; ita  
 est, quam habet ratione Characteris et Ordinis Episco-  
 palis ad consecrandum, Confirmandum et Ordinan-  
 dum. hoc vero est, quam habet, ut Jurex est, et  
 Pastor Ecclesie, scilicet ad decidendas lites, conferenda  
 beneficia p.

37. Potestas Episcopi rursus dividitur in legem Jurisdic-  
 tionis, et legem Diocesanam. Ad legem Jurisdic-  
 tionis referuntur omnia ea, quo in dando consistunt  
 sive sint atq. Ordinis sive Jurisdictionis, ut dare Ordinis  
 confirmationem, consecrationem, beneficia, senten-  
 tias p. Ad legem Diocesanam vero, quo ex par-  
 te Episcopi consistunt in recipiendis, ut cathedrali-  
 cum, subsidium Charitativum, portio canoni-  
 ca, de quibus l. 3. l. 39. n. 6. et seqq.
30. l. 1. An Episcopus non consecratus possit alium Episco-  
 pum delegare, ut loco sui, ea quo sunt Ordinis Episco-



palis peragat? R. aff. quia delegatio est actus jurisdic-  
tionis, quo comprehendit Episcopo confirmato, licet non  
Consecrato. c. ii. de Elect.

Q. 2. Quid juris, si Episcopo ab altero Prologo circa 39.  
suis iura his moveatur? R. cum Episcopus habeat  
fundatam intentionem in iure pro se, non tenetur  
quidquam probare, est. est actor, sed totum onus pro-  
bandi incumbit alteri, c. 16. de off. Ord. c. 12. 10. de prescript.

Q. 3. Ad quid visitationis causa tenetur Episcopus?  
R. debet per se ipsum, aut si impeditus sit, per suum  
Vicarium Gener. singulis annis totam Dioecesim, vel si  
nimis ampla sit, majorem eius partem visitare, ut sic  
tota visitatio <sup>biennio</sup> compleatur. Trid. sess. 24. de ref. c. 3.

Hic text eodem Trid. sess. 13. de ref. c. 1. quod nulla appel- 7 nota  
latio in causis visitationis, correctionis, nec non criminalibus  
ante definitivam sententiam interponi possit, nisi gra-  
vamen tale sit, quod per definitivam sententiam re-  
parari nequeat.

Q. 4. Quid juris competat Episcopo circa synodos? Ante  
Trid. Supp. 1. synodos alias esse generales, sive oecumenicas,  
alias Provinciales, alias Dioecanas. Synodi Oecu-  
menici, non nisi auctoritate Papae congregari possunt,  
quod si Imperatores eas interdum convocarunt, vel fuerit  
attentata facti, non juris, vel id factum ex Papae  
Consensu. Porro has synodos non esse supra Papam  
aperte colligitur ex dictis l. 23. n. 6. Huncq; absq;  
Concilio posse definire articulum fidei, tradunt com-  
muniter Doctores contra Gallos ex illo Math. 18. Tu  
es Petrus et super hanc Petram

Supp. 2. synodos Provinciales per Metropolitanum 46.  
congregandas, et ad <sup>eadem</sup> vocandos esse omnes ipsiq; suffi-  
raganeos, item eos, quibus de iure vel consuetudine  
competit, ut inter sint, Trid. sess. 24. de ref. c. 2. hu-  
jusmodi sunt I. Capitula Cathedralium Ecclesiarum,  
quo promode Procuratorem mittere debent, cui tamen  
solum consultiva non decisiva vox competit, quaran-  
ta in summa Bull. V. Concilii Trid. II. Abbates jurisdic-  
tionem qual. Episcopalem habentes. c. 6. de privil. in 6.  
his suppositis.



Q. breviter, quod Episcopus synodum Provinciam, postquam synodus Provincialis absoluta fuit, intra 6. Menses ad recipienda huius decreta celebrare debeat, ac deinde singulis annis, Trid. d. l. Ad eam coguntur omnes abbates, etiam exempti, si Parochias non exemptas habeant, quibus tamen praecedentia conceditur. c. 17. de privil.

49. Q. 5. Quam potestatem habeat Episcopus circa dispensationes? R. circa jus commune per se dispensare nequit, non enim congruit, ut inferior dispense in lege superioris. c. 16. h. l. \* Potest tamen dispensare non solum, cum ei id a jure expresse conceditur, ut in c. 1. de filiis. Presb. m. b. c. 2. de Cler. Conjug. c. 4. de adult. Trid. sess. 24. de ref. c. 6. sed etiam cum tacite permittitur, prout fit, si lex impersonaliter loquatur, v. g. dispensetur, dispensative, proposita dispensare ut c. 5. de abate. c. 2. et 7. de Cler. excom. 12. Conem huius adduximus l. 6. n. 25.

Porro circa cit. c. 6. Trid. ubi Episcopis ampla tribuitur potestas dispensandi in omnibus censuris et irregularitatibus ex delicto occulto proventibus, excepto occulto homicidio voluntario, et aliis deductis ad forum contentiosum, notandum est, quod tria hic concurrere debeant. 1<sup>mo</sup> ut Irregularitas sit ex delicto, alioqui, ut communiter docent, Episcopus dispensare non poterit. Probabile tamen est, quod Episcopus in quacunque Irregularitate dispensare possit, quia alias magnum absurdum sequeretur, nempe quod melioris sint conditionis delinquentes, quam non delinquentes; Sciendum igitur, quod Delicti nomine cum hic versetur in re favorabilis, etiam veniat quicumque defectus; vel quod ly delictum referre debeat ad censuras.

31. II. requiritur, ut Irregularitas sit occulta, i. e. non notoria, et quod aliqua tergiversatione celari possit, licet per aliquot testes probari valeat. Ita communior arg. c. 1. de Cohab. Cler. Idem obtinet, si delictum sit notorium in loco ubi commissum, non tamen

7 ex defectu



in hoc ubi ministraturus dispensationem petit,  
nec divulgationis periculum adest.

III. requisitus, ne delictum sit deductum ad forum  
Consensuorum, tunc enim periculum est, ne condem-  
netur reus, et ita eius delictum fiat notorium; sola  
autem citationem hic sufficere, nec requiri litis con-  
testationem, de qua l. 2. §. 5. probabilius est ex c. 19.  
c. 20. de off. deleg. aliud tamen esset, si iudicium quo-  
quo modo progressum non haberet, tunc enim delictum  
adhuc occultum censeretur.

Ceterum n. 40. notanter dixi Episcopum per se 53.  
circa jus commune dispensare non posse, nam id prope  
per accidens ope fit: Episcopi libenter concedimus, salte-  
tunc, cum negotium, de quo agitur, leve est, aut imminet  
posset magnum scandalum vel animarum periculum,  
si expectandum foret. Papa consensus, vel alia urgens  
adest necessitas, vel notoria supplicantis subest frau-  
dertas. Nav. in man. c. 22. n. 95. Verola in praxi  
Episcop. V. dispensatio. q. 5. Laym. l. 1. tr. 4. c. 22. n. 4

7 aut frequenter  
occurrit

Proterea per eandem Episcopum, quando dubitatur, 54.  
an res egeat dispensatione, probabiliter licet Episcopo  
dispensare, uti docet sacra V. dispensatio, contra San-  
chez qui hic tantum admittit declarationem, vultque  
ut si ex post facto appareat subesse impedimentum  
debeat dispensatio a Papa impetrari. Verum in hac  
Sanchezii sententia, periculum est, ne scandalum vel  
saltem magna inconvenientia oriatur, si illi actus ad  
talem declarationem pro viam bona fide celebrati, postea  
invalidi declarantur.

Sed quid si Episcopus ipsemet contrahat irregulari- 55.  
tatem, vel casum occultum indigentem dispensatione,  
et in quo cum subdito dispensare posset, an etiam se-  
cum ipso dispensare poterit? R. aff. quia alioqui sub-  
dito, qui in tali casu non teneretur curiam Romanam  
accedere, deterioris esset conditionis; \* Tutius tamen 56.  
erit, si det Episcopus suo Confessario potestatem se  
absolvendi, et si enim pemo in se jurisdictionem exer-  
cere valet, alteri tamen jus eam in se exercendi  
dare potest. Vid. Lay: in tr. legum. c. 22. n. 30. et seqq.



§. 6.  
De Prothonotariis apostolicis, et aliis  
Inferioribus. Palatis et Clericis.

57. Post Episcopos in Curia Romana dignitate proximi sunt Prothonotarii apostolici, qui a Clemente I. ad inscribenda S. Martij, cum gesta creduntur instituti. alij sunt Participantes, qui scilicet actu seruiunt, et Roma expediunt Bullas. Horum Collegium olim ex 7. constitit, hodie vero per Sixtum V. in Bulla Romanus ad 12. auctum est. Idem Pontifex in Bulla Laudabilis, iis privilegium concessit, creandi Doctores, notarios publicos, legitimandi spuos, Testandi de bonis Ecclesiasticis, et pro Abbatibus procedentiam.
58. \* Alii vero sunt non participantes, seu Titulares, vel honorarii, qui nullum speciale officium obtinent in Curia Romana, nec dignitatem habent, nisi eatenus, ut ipsis causa Papales delegari possint. c. 11. de rescriptis in 6. iis tamen conceditur potestas deferendi aliquem habitum prolatorum, utendi prius super suis insignis gentilitis.

De Vicario Episcopi.

59. De eo egimus l. 20. quem Consule.

De Capitulo Cathedralis Ecclesie.

Hoc s. congregatum sit ceteris Ordinibus et Statibus Ecclesiasticis inferioribus supereminet, nisi quidam Prolati ex Privilegio anteporantur. Porro quo ad potestatem capitulorum pertinet, dicemus l. 5. l. 9.

De Prelatis, Propositis et Pecamis.

Abbatibus ob jurisdictionem ordinariam, quam habent in suos subditos et usum Pontificalium proferuntur ceteris Clericis etiam in dignitatibus institutis, Ipsis quoque Ecclesiarum Cathedralium Canonis, si singulariter et non Collegialiter ncedant. e. 12. cap. 16. quod Panorm. et Dec. in c. 2. de Fid. Cap.

Alban. in Catal. Glor. mundi. p. 4. confid. 37. Nav. h. 4.



cons. 4. n. 4. Inter Ipsos autem Abbates preferen-  
 tur Exempti non exemptis, et habentes Insignia Pon-  
 tificalia illa non habentibus. c. 17. de privil. Tandem  
 inter pares procedunt prius ad Abbatis promovendi.  
 Compositi Ecclesiarum collegiarum habent  
 dignitatem, et jurisdictionem in illos, qui sunt de  
 illa Ecclesia, docet tamen Canon. in c. 4. in 2. repet.  
 n. 50. de for. Comp. Episcopum concurrentem cum iis  
 habere jurisdictionem. Demum Decani de jure  
 non habent jurisdictionem, solum tamen ex consue-  
 tudine eam obtinent. Vide etiam ea quae dicta  
 sunt de Archiepiscopis.

De Inferioribus Clericis et Religiosis.

Inter Clericos Seculares, qui sunt inferioris gradus 63.  
 illi preferuntur, qui vel dignitate vel officio ab aliis ma-  
 jores sunt. Imo dignitas Ordinis sui. Pope c. 7. h. 1.  
 honorem praeceteris confert Ordinato.

Circa praecedentiam ordinibus Regularium competen- 64.  
 tem maxime consideratur Religiois antiquitas, et  
 prior a S. Pontifice approbatio; Mendicantes tamen  
 debere praecedentiam non mendicantibus, decidit S.  
 rituum Congregatio. hac in re s. oritur controversia,  
 Judicio Episcopi amota Appellatione terminabitur.  
 Trid. sess. 25. de Reg. c. 13.

S. VII.

De Obedientia.

Nota 1.º Subditum teneri superiori parere non  
 solum cum iusta praecipit, sed etiam cum dubium  
 est, num iusta sint, quae praecipiuntur, quia presum-  
 ptus est pro superiore. \* secus tamen dicendum, si  
 certo constaret iniusta esse, quae mandantur. \* aut  
 si dubium caderet super potestate praecipientis, pro-  
 sectum si non esset in possessione superioritatis.

Nota 2.º Inferiorem in iis tantum teneri obedire suo  
 superiori, in quibus illi subest, et mitra sphaeram eius su-  
 perioritatis; Unde regularis expositus ad Parochiam  
 Episcopo subditam, ei quidem tenetur obedire circa



cura animarum administrationem, at circa obser-  
vantiam regularem Abbatis mandatum suscipere  
debet, ab eo solo proveniens, si extra curam animarum  
delinquat.

Nota 3.<sup>o</sup> Si clericus 2. Episcopo ratione Ordinum,  
vel beneficii promisit obedientiam, et simul et seculi  
utriusque obediens nequeat, debet ei, cui primo promisit  
vel in cuius Diocesi percipit majus beneficium, obe-  
dire. c. 7. de Testam. Vid. Sylv. V. obedientia n. 10.

## T. XXXIV.

### De Treuga et Pace.

1. Treuga est cessatio ab armis ad tempus, alio nomine  
vocatur Armistitium, inducia. Tri Blastum still.
2. Stand. \* alia est conventionalis scilicet ex libera  
voluntate litigantium inita, et alia canonica, que  
3. a canonibus c. 1. h. t. constituta est. \* verum hoc  
in usu nunquam fuit, nec usu receptum, quod  
c. 1. 1. 1. statuitur, ut tempore belli, Clerici et Rustici  
eorumque animalia, quibus agant, plena securitate  
gaudeant. \* Porro intuitu pacis, cui adversatur  
bellum.
4. Q. 1. An bellum sit licitum? R. aff. modo fiat. 1. a  
Principe superiorem non recognoscente. 2. ad sit causa  
5. legitima pro persecutione facta vel iniuria. \* per ac-  
cidens tamen potest fieri illicitum, si perinde cantus ma-  
jora damna eventura, quam sit estimatio rei debite.
6. Q. 2. An papa possit aut teneatur Principibus bel-  
lantibus pacem imperare? R. ad 1. hanc q. 1. terminan-  
dam esse ex proc. Tit. ubi de potestate. Papa equius.  
R. ad 2. non teneri, sed satius esse si tanquam. Inter am-  
icabilem compositionem procurare studeat.
7. Q. 3. An licitum sit in die festo bellare etiam ex so-  
la causa comoditatis? R. aff. quia lex Eccles. de feriando  
festis ob magnum lucrum cessans non obligat, arg. c. 2. de  
Feriis, ubi permittitur in die festo captiva piscium,  
qui non nisi certo anni tempore capi possunt.
8. Q. 4. An liceat Principi Aliano infideles in auxilium  
invocare contra alium Principem Christianum?



R. C. Engel, id per se licere, modo absint periculis  
circumstantia; al satius est, si dicamus, id non  
licere, quia fieri nequit, quoniam tunc Ecclesia sine per-  
iculo fidei sine morum corruptioni: ut cetera taceamus  
exponatur.

Q. 5. An in bello iusto liceat occidere vel spoliare Innocen- 9.  
tes? R. Innocentes dicite occidere nunquam licere.

Exo. 22. v. 7. iniuste tamen licet, si nempe Victoria  
aliter obtineri nequit; concesso enim uno, conceduntur  
omnia, quae ad illud obtinendum necessaria sunt. Ex qua  
ratione liquet etiam spoliari posse Innocentes. \* Co- 10.  
terum si fides dati, licet fides ex parte dantis non fu-  
erit servata, occidi tamen non possunt, si sint Innocen-  
tes in causa belli; secus si sint nocentes. Cov. in Relect.  
c. pactum. §. 3. p. 2.

Q. 6. An Princeps teneatur desistere a bello iam copto,  
et acceptare dignam satisfactionem, si ea ab adver-  
sario offeratur? R. aff. quia per dignam satisfactionem  
solvitur Injuria. prime. mist. quibus modis tollatur obliq.

Q. 7. An in tractatu pacis Princeps remittere possit dam-  
na subditis illata sine ipsorum Consensu? R. aff.  
quia censetur utilia subditorum negotium gerere, et quia  
Princeps ius habet in bona subditorum, cum id publica  
utilitas exigat. Auth. his quo. C. Communia de Leg. quod  
ius quia non habet in bona Ecclesiastica, damna Ecclesiis  
illata sine superiorum Eccles. consensu remittere non pro-  
ferit.

Q. ultimo. an non minus Treuga quam pax ex nova causa  
violari possit? R. certum esse pacem ex nova belli causa  
toll; et novum bellum indicere licere, at in Treugas alteri  
obtinere; nam in his, ut docet Chynsig. cent. 4. obs. 7. lapsus  
temporis praefixi expectari potest, et debet, nisi periculum  
tantum sit, ut non patiatur moram.

. XXXV.

De Pactis.

De pacto, et sollicitatione, utriusque Differentia  
et Obligatione.



1. Factum est duorum vel plurium in idem consensus. l. 1. ff. h. t. Pollicitatio vero est promissio solius offerentis. l. 3. ff. de pollic. Factum simul ac initium est, mox iure natura obligat c. l. 1. at pollicitatio non prius obligat promittentem, quam si ab altero fuerit acceptata, ideoque ante acceptationem revocari poterit. l. 2. b. 10. ff. de donat.
2. \* Proterea si absenti fiat, non sufficit, ut quisque audiens eam illi notificet, sed id debet fieri a promittente per Epistolam vel per nuntium ~~l. 1. d. 6. n. 3.~~ a se destinatum. Sanch. de matrim. l. 1. d. 6. n. 3.
3. Posset quidem ex c. 3. h. t. ubi omne promissum iubetur impleri, dubitari, an pollicitatio revocari possit. Verum
4. h. c. accipi debet de promissione acceptata, vel de ea qua pauperibus vel piis causis fit; hoc enim mox ac facta fuerit, statim obligat nemine acceptante arg. l. 1. et passim ff. de pollic. Ratio, quia censetur principaliter fieri Deo, a quo, si sit bona, ad instar voti mox acceptatur.
5. Q. 1. An si promissionem per nuntium faciens moriatur, antequam absens de ea certiores sit, eam nihilominus post mortem promittentis acceptare possit? R. negative. ex l. 2. d. si quis donaturus. ff. de donat. jombus. Item ex l. si ego. g. ff. de iure dot. ubi solum dos excipitur, ac proinde exceptio ista firmat regulam seu legem in casibus non exceptis. l. 20. d. mulier. ff. qui testamta. Proterea proter pulchram rationem, quo in d. l. si ego. adducitur hoc etiam addi potest, quod regulariter circa alios inter vivos, qui in conservari dependent a voluntatis continuatione, per mortem interruptatur voluntas. c. 5. de rescript. in b. l. 4. ff. Locati.
- Nec obstat l. 6. c. de donat. quo a Sanchez in Contrarium adducitur, quia ibi non dicitur donationem esse perfectam ante alterius acceptationem, sed solum inter absentes fieri posse. Quod vero ex c. g. de off. Deleg. in b. obicitur, scilicet quod gratia morte concedentis non expitent, plane non est ad propositum, versamus enim in materia contractus.
6. Q. 2. An e converso si Donatarus, vel is, cui pollicitatio facta est, ante acceptationem moriatur, hores eius illam acceptare possit? R. negative, nisi accedat novus



promissoris consensus; neque enim is semper est huius animi, ut quod defuncto, idem heredi offerre velit. Nec obstat, quod heres representet personam defuncti, nam id solum procedit de iis, quo per consensum defuncti iam perfecta sunt.

§. 2.

De pacto nudo et vestito

Pactum dividitur in nudum, et vestitum. Pactum nudum est simplex aliquorum inter se de re aliqua pactio sine conventio. vestitum est, quod quandam firmitatem a iure sortitur, et actionem parit. Porro pactum vestitum I. per actualem contractum v.g. emptionis, mutui, interventionem. dicitur actualem, nam pactum de mutuando v.g. ante re; traditionem solum est pactum nudum. II. per stipulationem. de qua n. 15. III. per solum consensum in contractibus specificis, i. e. qui speciale nomen habent, ut emptionis, locationis. IV. si pactum nudum adiciatur alteri contractui bono fidei, de quo n. 10. l. 7. d. 4. et 5. ff. h. t. V. si accedat iuramentum.

7

8.

7 vestitur

Pactis nudis iura non assistunt, sed nec resistunt; hinc ex eis non quidem actio, sed naturalis obligatio ob consensum mutuum, et inde exceptio: de qua l. 2. §. 25. nascitur. l. 7. d. 4. ff. h. t. Cetera impediunt soluti repetitionem. l. 51. l. 64. ff. de cond. indeb. admittunt compensationem. l. 1. ff. de compens. item fideiussores et pignora accedere possunt contra quos, et pro quibus dem actio vera competit. §. 1. Inst. de fideiuss. l. 14. ff. de pignor.

9.

Q. an non saltem de iure canonico pacta nuda pariant actionem? R. affirm. Ratio, quia obligat in conscientia sub peccato, sed Ecclesia de peccato suum iudicium interponit. c. 13. de iudic. ergo. Dices. Ratio cur pactis nudis denegetur actio, est, ne lites nimium multiplicentur, at hoc ratio utroque iure subsistit; ergo.

10.

R. ius canonicum non tam studet, aliam actionem adimere, quam litium ambages et protractiones amputare.



§. 3.  
De Contractibus innominatis.

11. Pacta vestita, seu contractus alij sunt nominales, qui speciale nomen habent, ut emptio, locatio p. alij innominati, qui solum generali nomine veniunt, tales sunt 1. do ut des. 2. do ut facias. 3. facio ut des. 4. facio ut facias. \* In contractibus innominatis regulariter resiliere potest pars, quae jam implevit, adeoque <sup>etiam</sup> re non amplius integra. Dixi 1. innominatis; id enim in nominalis non procedit, excepto mandato, precario, et deposito. Dixi 2. quae jam implevit, ut si tibi do 100, ut pro me Romam eas, antequam iveris, ego quidem resiliere possum, sed tu non; hinc actiones proscriptis verbis te cogere possum, ut eas. l. 5. C. de Oblig. 3. regulariter nam ponere non licet in causa pro vel favorabilis; nisi promittentis fuerit renuntiatum; nisi intervenit transactio super lite. Vid. Wading. de Contract. d. 6. d. 1. §. 2.
12. Dixi
13. Dices. Contractus innominatus habet rationem pacti, quod obligat in Conscientia: ergo in eo locus esse nequit penitentiae. R. licet habeat rationem pacti, attamen ex l. 5. ff. de condit. caus. dat. tacitam habet conditionem: nisi rem traditam repetivero.

§. 4.

De Substantialibus, naturalibus, solemnibus, et accidentibus Contractuum, Item de Stipulatione.

14. Alia sunt substantialia contractus, ut in emptione merx, pretium, consensus, et haec a contractibus mutari non possunt. Alia naturalia, quae contractus insunt tacite, et haec per voluntatem partium tolli possunt per c. 15. de R. J. in 6. v. g. Venditor ex natura venditionis tenetur emptio factio proscriptis verbis est ea, per quam agimus ex proscriptis verbis ut, seu ea adducendo verba, quibus contractus usi sunt.



loci de evictione, nempe indemnem eum servare  
 si res ab aliquo vindicata fuerit, et tamen partes  
 possunt tollere hanc obligationem sic pacificando.  
 Vendo tibi equum, ita ut si quispiam eum tanquam  
 suum a te forte repetat, non habeas amplius,  
 quod contra me agas. Alia sunt solemnia, quod  
 de jure requiruntur; hoc si per modum formae sub-  
 stantialis requirantur, dicuntur solemnia intrin-  
seca, ut ab intestato. Parochi et testium in matrimonio;  
 si solum ad licentiam, uti in omnia denuntiatio, tunc  
 sunt solemnia extrinseca. demum accidentalibus  
 dicuntur, quod pactis a contrahentibus libere ad-  
 jiciuntur; ut pactum de retro vendendo &c.

Contra stipulatio fit, si uno interrogante: v.g. 15.  
 promittisne mihi dare 100. alter mox respondeat  
 promitto. De eius essentia est, ut quis sibi non al-  
 teri stipuletur. §. alteri. 19. de inutil. stipul.

hinc nulla erit hoc stipulatio: si dicam ad Cajum.  
 promittisne amico meo 100. et ille respondeat promitto.

aliquas tamen exceptiones adducit hic Engel.  
 \* ac demum ostendit, quod ea quod de stipulatione 16.

jure civil; dicuntur, etiam jure Canonico pro-  
 cedant; eo quod sine textu sufficienti non sit mi-  
 ser utrumque jus differentia ponenda; \* Verum 17.

hoc stipulatio non est amplius in usu; hinc de ea  
 plura discernere non vacat.

§. 5.

De Contractibus bonae fidei; et  
 stricti Juris.

Contractus bonae fidei; appellantur, non quod 10.  
 alij sint male fidei; sed quod in illis non debe-  
 at iudex stricte attendere ad id precise, quod  
 verbis contrahentium expressum est, sed proprit  
 iudicare ex equo et bono, et extendere sententiam  
 ad ea, ad quod contrahentium mens verisimiliter  
 se extendit. Contractus stricti Juris sunt



in quibus Iudex adstringitur ad id, quod expressis  
verbis conventum est. Contractus B. f. enumeran-  
tur §. 20. inst. de action. ceteri sunt stricti juris.  
19. Nota hic specialiter, quod in contractibus bonae  
fidei; dolus dans causam contractui bonae fidei; i. e. si  
quis alium dolose induxit ad contrahendum aliam  
non contractum; irritet contractum l. 4. ff. de  
dolo; at in contractibus stricti f. solum datur actio  
temporalis prosteria.

Q. an de jure canonico etiam differentia inter  
contractus B. f. et stricti f. constituenda sit?  
R. aff. arg. C. de novi operis nunt. mo id non ob-  
scure infirmatur c. 6. vers. ad hoc. de except. c. fm. de  
deposito; nec obstat i. quod hoc jure ex quo et bo-  
no procedatur, arg. id. de rest. spol. nam etiam  
de jure civili equitas est rigori preferenda. l. 1. C.  
de judiciis. quoniam tamen propterea contractus B. f.  
et stricti f. confundantur. Nec obstat 2. quod co-  
natio, quo stricti juris est. l. 22. ff. de donat. jure ta-  
men Canonico largam accipiat interpretationem  
c. 6. de donationibus. nam ibi agitur de donatione  
facta ad pias causas, quo sunt latissima interpre-  
tationis. Ceterum a vero non deflectat ordinarius  
si in contractibus etiam stricti f. illam l. 1. C. de  
jud. observet; <sup>nampe</sup> in omnibus rebus precipuam esse  
justitiam, aequitatisve, quam stricti juris rationem.

§. 6.  
Quotuplex obligatio oritur ex  
pacto.

Si pacto Lex nec assistat, nec resistat, solum ex  
eo oritur obligatio naturalis; ut de pactis nudi-  
dictum; si vero ei assistit, ut in contractibus iuribus  
etiam civilis obligatio; quod si ei expressè resistat,  
tunc nulla prorsus datur obligatio, c. fm. h. t. de  
dem. si lex solum solemnitate in contractibus confidat  
+ temporalis actus ea est, quae durat ad certum tempus inq. de  
ann. q. q. al. sunt actus temporales quae intra annum terminantur  
eo quod et doctoris iudicium non nisi annualis fuerit.



et attendat ut ad Epitaphium, in quo confi-  
cor, me accepisse mutuum, quod tamen non acce-  
ri, oneris quidem obligatio civilis, sed non executio  
iura actionem contra me intentatam per exceptione  
non numerata pecunie penam. in §. de testat.

Letter obli

§. 7.

De Præstatione Soli Culpa, et Casus  
in Contractibus.

Q. quis teneatur damnum proflare, si res, quæ in con- 22.  
tractum deducta est, ante Traditionem vel postea pe-  
reat, vel deterior fiat? R. Si dolo vel culpa lata  
quæ in contractibus dolo comparatur, l. 32. ff. de  
insti.; pereat, is debet proflare, qui dolo vel culpa fe-  
cit, l. 32. cit. \* Si culpa levi, damnum proflatur a com-

mittente in his Contractibus, qui cedunt in utilitate 23.  
utriusque contrahentium, l. 5. §. 2. l. 10. ff. Commod.  
\* Si culpa levissima, idem proflatur a committente 24.  
in his Contractibus, qui in solius accipientis commodum  
tendunt. ll. cit. excipitur precarium.

Casus vero fortuitus, damnumque inde secutum sequi 25.  
ariter non proflatur, l. 0. §. 4. et 7. l. 10. ff. Commodat.

Excipe 1.º nisi aliquis fuerit debitor rei in genere, non  
in specie; seu, ut loquuntur Logici, in speciem indivi, 7 non  
suo; genus enim perire nequit; Sic qui mutuas acce-  
pit pecunias, et hæc casu pereunt, tenetur reddere alias.

2.º nisi debitor periculum rei perituro in se suscepit; pa-  
ta enim ex conventionem legem accipiunt. c. 0. §. de R. 2.  
in 6. 3.º nisi culpa casus causam dedit, ut si quis equo  
commodato usus est ad iter prodonibus infectum. 4.º

nisi culpabilis mora in restituendo intervenit & dicitur 26.  
culpabilis, secus enim dicendum, si restitutio consti-  
tuto tempore physice vel moraliter fuit impossibilis,  
ut c. 66. de R. 2. in 6. Proterea putat Sylvester  
mora, q. 4. Nav. in man. c. 17. n. 00. et alii, si res

Culpa est negligentia in custodienda vel conservanda re alicui commissa; et hæc est triplex, lata, levis,  
levissima. Lata culpabilis est, quando quis non adhibet eam diligentiam, in rebus aliis, quam communi-  
ter homines eiusdem conditionis, professionis et status solent adhibere in suis propriis, ut si res facile auferenda  
loca, quæ passim hominibus etiam ignotis patet accessu, relinquatur. Levis, quando non adhibetur diligentia  
quam boni et solertes ejusdem conditionis homines adhibere solent, quæ non tantum in domo sua diligenter conservanda  
sed ubi opus fuerit, etiam extra claudunt, et observant. Levissima quando omnibus diligentia, quæ solent adhibere so-  
liti sunt, et si janua quædam clausa sit, non iterato tentasti, an sola bene conservata fuerit, quo tamen etiam in singulis  
rebus arbitrio prudentis viri multo iudicis iuxta circumstantiam qualitatem consideranda sunt, quia utique in rebus magis  
valia requiritur, quam in re vilis, et in locis, ubi ut dicitur, præparatur, quam ubi quæta et secuta sunt omnia.



post moram etiam culpabilem equè apud Creditorum  
peritura fuisset, v.g. ob incursum hostilem, quod de  
bitor ad nihil teneatur.

27. Q. 1. An non saltem casus fortuitus sit praestandus  
si res non fuisset equè apud comodantem peritura  
R. negative, quia iura ac D. solum excipiunt moram  
et culpam;

Dices. Nemini debet officium suum esse damnosum  
ergo potius ille debet sentire damnum, qui ex officio  
utilitatem perceperit; R. D. C. si damnum sit uti-  
litati ex officio perceptae proportionatum. c. secundum  
absurdum enim videtur, quod qui v.g. equum pro uno  
die comodavit, eum sine sua culpa praesentem solvere  
solvere debeat.

28. Q. 2. cui incumbat onus probandi culpam? R. si  
damnum sit tale, quod plerumque sine culpa utentis  
accidit, tunc ab allegante probari debet; si vero sit  
tale, quod ex negligentia vel culpa accidere solet, praesumitur  
culpa utentis, ac proinde is suam dili-  
gentiam probare debet.

§. 1.

De Personis, quae praesens possunt, vel non  
possunt, et in primis de pupillis et minoribus.

29 30. Omnes praesens possunt, qui habiles sunt, nec iure pro-  
hibentur. prohibentur autem i.º amentes, item  
30 31. pupilli, minores, prodigi; & sic ut si absque aucto-  
ritate Tutorum contraxerint, nec inde facti sint  
ditiore, nequid naturaliter obligentur ad servandum  
contractum l. 59. ff. de O. et A. l. 41. ff. de Cond.  
et licet haec leges solum loquantur de pupillo; Prae-  
tamen ferè obtinet in minore etiam per l. 3. C. de m-  
nateq. rest. Idem etiam in prodigo per l. 1. ff. de Lu-  
Diti, nisi inde facti sint ditiore; tunc enim obliga-  
buntur ob Clarum text. l. 5. ff. de Auth. Tutor.  
Oppores. Multae leges extant, ex quibus oritur  
pupillum obligari naturaliter; ergo.



Communius tales leges loqui de pupillo, qui ex contractu factus est dicitur. verum l. 25. §. 1. ff. quando dies legati. vult, ut pupillus, licet dicitur non factus naturaliter obligetur; Ides dicendum cu Lay. l. 3. Ir. 4. c. 9. n. 9. quod pupillus obligetur quidem naturaliter propter leges id ipsum affirmantes, et huius obligationis effectum et executionem per leges negantes etiam in foro conscientie impedi.

Nota. 1. Licet aduersarij vetit pupillum pubertati proximum / seu qui implevit annum decimum cum dimidio / obligari naturaliter ex contractu; nihilominus concedunt hanc obligationem restitutione in integrum, vel irritatione tutoris periri posse.

Nota. 2. Circa minorennem rem paulatim aliter procedere; nam licet inefficacia sint etiam in foro interno, quae circa bona sua sine Curatoris auctoritate disponit. potest tamen se obligare in iis, quae proprie suam personam concernunt; vq: operas suas alteri locando l. 101. ff. de V. O. Item in Testamento et ante professionem in Religione potest etiam de bonis suis absq: Curatoris auctoritate disponere tunc enim cepit ratio legis, scil: damnificatio sui ipsius.

§. 9.

De Factis Filiorum familias, ubi de S. C. Macedoniano.

Nota. 1. filium familias prope habere quadruplex perculum. i. profectitium, quod ex re et bonis Patris profert et totum patris est: adventitium, quod filius ex hereditate materna, vel aliorum, aut ex negotiati- one acquirit, in quo ipse proprietatem, pater vero usum fructum habet: Castrense, quod ex militia togata

armata; et quasi castrense, quod ex militia togata, huius publico munere, scil: Advocatis, Professoris, scti, titur, idq: pleno iure filius esse censetur. hoc notabo Dico. 1. Filius familias pubes eatenus ex suis con- tractibus sine auctoritate Patris obligatur, quatenus potestati patris et iuri, quod pater in ipsum et pecu-

31

32

33

34



lium eius habet, non prejudicat L. 29. ff. de O. et A.  
35. Dixi i. pubes; nam impubes re quidem auctore  
esse valide contrahere potest. S. 10. inst. de mutil.  
stipul. Dixi quatenus non prejudicat Patri, hinc  
adventitia, quorum usufructus pater habet, aliena  
se nequit.

36. Dico. 2. filiusfamilias mutuum accipiens vi. S. Con-  
sulti Macedoniam restituere tenetur. L. 1. ff. de O. et A.

37. ad S. C. Maced. \* Excipe i. mo. si filio sint bona castren-  
sia vel quasi; l. fm. C. d. t. 2. si communi errore cre-  
debatur non esse filiusfamilias. l. 3. l. 1. C. eod. S. 2.  
mutuum non constituitur in pecunia numerata, sed in  
re alia fungibili; ut in vino l. 4. ff. d. t. 4. si cum  
consensu patris mutuata sit pecunia. l. 12. l. 16. ff.  
C. eod. S. 3. si in rem vel utilitatem Patris versa sit.  
l. 7. et 13. ff. d. t.

38. Dico. 3. hoc S. Consultum etiam locum habet in Con-  
scientia; Ratio, quia est iustum, eo enim tenet, ne  
filii vitio parentum infidiantur, ut mutuum solvant,  
at leges iusto in foro externo, regulariter et etiam  
iuste in interno; ergo. Et sane Reipublice parum  
consultum esset, si quos lex Civilis iuste absolvit, lex  
conscientiae constringeret.

39. Opp: filiusfamilias mutuum accipiens naturaliter  
obligatur i. mo. ex l. 10. ff. d. t. 2. quia si solvit, solutum  
repetere nequit l. 9. ff. eod. 3. quia sequetur absurdum,  
quod scilicet quis proset locupletari cum damno alteri.  
Ad i. mo. hanc obligationem fieri infirmitatem per  
legem; exceptione quippe legis iustae repellitur actio  
etiam in foro animae. ad 2. mo. si iuste non permittit  
filiusfam. si solvit, ut repetat, quia periculum ad quod  
reperit. S. C. cessat, si is raris restituit. ad 3. mo. si  
venio ope pro eo casu. S. C. solum mutuantis dene-  
gationem soluta interim naturali obligatione, qua  
tunc nil subest, cui filiusfamilias vitio parentis ob-  
solationem infidiantur, si adhuc exat pecunia, vel  
inde ditior factus est.



sed quid dicendum, si is, qui pecuniam dedit, ignorat  
 constitutionem? R. cum P. Engel ad l. 1. §. 35.  
 r. 40. Senatus eum eo casu plerumque cessare, nam l.  
 4. et 5. §. de Juris et facti ignorantia. dicitur, quod  
 error juris non prodest in lucro seu acquirere  
 volentibus: v.g. si quis putaret ex errore juris prope-  
 riem longi temporis sine bona fide aut titulo susci-  
 pere ad prescriptionem: excuset tamen a pena et non  
 noceat in damnis amittenda re sua. si tamen mu-  
 tuans scivisset filium familias pecuniam abusu-  
 rane propter eius delictum non est ei contra  
 subreptendum. arg. ex l. sagula. q. §. de fur. et fact. ignor.  
 ubi dicitur, mulieres non laedi, sed ad eas eis subvenien-  
 dum est, N. si ubi non est delictum, sed juris ignorantia:  
 si igitur mulieribus non prodest juris ignorantia, ubi  
 simul est delictum, prodest minus proderit sonatori-  
 bus.

40

Quid si filius familias N. renuntiant? R. non pos-  
 se, eo quod hoc N. maxime in favorem parentum  
 sit introductum, quorum juribus obistere non possunt  
 filii; quod etiam verum est, licet hoc renuntiatio suc-  
 cipet juramento firmata; quia sicut renuntiatio pro-  
 simplex, ita et juramentum ei adjectum cedit in  
 prejudicium parentum, cum huiusmodi renuntiatio  
 probeat occasionem insidiandi vito paterna; juramen-  
 tum autem non est vinculum iniquitatis: nec est  
 obligatorium, quod contra bonos mores vel in preju-  
 dicium tertii constitutum est. c. veniens. 16. de iurejur.  
 c. non est obligatoria. 50. de Reg. in 6. Putat ta-  
 men P. Engel secus esse dicendum, idque ob religionem  
 juramenti, si in specie circa hunc filium jurantem  
 nullum periculum mali subesset.

41

42

§. 10.

De pactis, quae inveniuntur Generales rerum  
 Administratores.

Q. 1. An Civitas, Ecclesia, Monasteria & ex mutuo  
 teneantur, quod eorum rectores vel Administratores

43



susciperunt? R. aff. si creditor probavit, aut si  
dax ex conjecturis colligere possit, pecuniam in eam  
utilitatem conversam fuisse, secus enim soli admi-  
nistratores conveniri poterunt l. 27. ff. de reb. cred.  
c. 2. caus. 10. q. 2. Dixi ex mutuo, nam in contra-  
ctibus, qui cedunt in utilitatem utriusque, ut in empta-  
one si non requirunt probationem, traduntur sicut. Panor.  
in c. 1. de deposito.

44 L. 2. An Civitas, vel Ecclesia teneatur ad solutionem  
hires mutuata apud administratorem casu pereat?  
R. aff. ita enim de servo et procuratore, qui pro  
Domino pecuniam mutuavit, eamque casu fortuito  
amisit, ut ad tale mutuum Dominus teneatur, respo-  
sum est. l. 17. ff. de in rem verso.

45 L. 3. An Creditor probare debeat rem in utilitate  
Ecclesie versam esse, si Praelatus cum consensu Cap-  
tuli mutuum accepit. R. Negative; arg. a contrariis  
c. pen. de fideiuss. Ratio; quia magis spectat ad  
capitulum; cuius consensu mutuum acceptum  
est; ut administrationi sui praelati attendat, quam  
alibi extraneus; Et certe nemo Ecclesiam amplius  
mutuare vellet, si tam grave onus mutuanti incum-  
beret. Ceterum quod dicitur de Ecclesiis, idem  
dicitur de civitate, si administrator cum consensu Se-  
natus mutuum accipiat.

## T. XXXVI.

### De Transactionibus.

1. Transactio est rei dubio conventa decisio non gratuita
2. Dico. 1. rei dubia i. e. litigiosa, ac incerta, sive prop-
3. ter litem presentem, sive futuram. \* Dico. 2. non  
gratuita, quia de essentia transactionis est, ut fiat  
aliquo dato et retento. l. 30. C. h. t. Unde distri-  
quitur a compositione proprie dicta, quod per hanc  
gratis discedatur a lite.
4. Nota. 1. Transactio super re spirituali, ubi intervenit



aliquid temporale sine labe fmorie fieri nequit. c. 7. h. l. \* si tamen res spiritualis compensaretur per rem spiritualem, ut si religiosi p. iure decimandi se obligent ad conciones faciendas p. fmoria vacabit.

Nota. 2. Ecclesia circa bona sua temporalia transigere quidem possunt, at juxta moderationem, quo traditur in l. 3. f. de reb. Eccl. non mmi. \* Nota. 3. In causa matrimonii, si de nullitate eius agatur, nulla admittitur transactio, c. ult. h. l. secus in sponsalibus.

Nota. 4. De jure civili super re testamento relicta aliter transigi nequit, quam in p. testamento instrumentato; Ratio, quia eiusmodi transactiones sunt captiosae. l. 9. ff. h. l. specialiter quidem in d. l. 9. statutum est, ut de alimtis in testamento relicto sine auctoritate testatoris transigi nequeat, at id solum de futuris seu percipiendis intelligi debet. l. 9. C. h. l.

Nota. 5. eodem jure C. licitum esse transigere de crimine capitali, dando vq. pecuniam adversario, ut ab accusatione desistat; secus tamen est de aliis criminibus l. 10. C. h. l. Et ideo si quis in causis criminalibus, in quibus non agitur de pona capitali et sanguinis transigat, habetur pro infami et confesso. l. 4. d. fm. l. seq. ff. de his, qui notantur infamia.

Nota. 6. Transactionem non minorem vim quam rem iudicatam habere. l. 16. 20. C. h. l. mto l. 43. C. h. l. qui contra transactionem juratam venerit, notatur infamia, et privatur re ex transactione accepta.

Verum non desunt, qui putent hanc legem ut prope valde seceram in p. maxime in foro Can: non esse receptam. his notatis

Q. 1. An si quis in transactione graviter laesus sit, possit contra alterum agere? R. licet in foro interno laesio reparari debeat, at in externo laeso non datur actio, nisi ultra dimidium laesus sit, vel nisi interveniat dolus, tunc ei de dolo malo actio competet, l. 19. C. h. l. Equidem disceptatur si sine dolo in transactione laeso ultra dimidium intervenit, an ea ego referri possit ac venditio, in qua venditor ultra dimidiam partem iusti

5.  
6.  
7.  
8.  
9  
10  
11.  
12.  
13  
14  
15



pretii deceptus est; Verum sententia affirm: magis tenenda videtur tum ex l. 65. §. i. ff. de cond. indeb. tum quia equitati naturali, ne quis cum damno alterius locupletetur, est conformior. Nec obstat, quod transactio vim habeat rei iudicatae, quia etiam contra rem iudicatam datur exceptio, si modus in exequendo excedatur.

15. Q. 2. An iudex cogere possit partes litigantes ad transactionem? R. Negative, quia nemo invitus contrahere tenetur. l. ij. C. de contrahenda empt. Sed neque eam suadere potest, si alterutrius partis iura sint clara, quia cuique dare debet, quod suum est.

16. Q. 3. An et qualiter administratores aliorum transigere valeant? R. inspicere debere, qualis sit eis cura de mandata; sicut enim tutores bona immobilia suorum pupillorum sine decreto magistratus, Praelati bona pretiosa suarum Ecclesiarum sine debitis solemnitatibus alienare nequeunt, ita nec super his transigere possunt. Gail. l. 2. obs. 72.

17. Q. 4. An pacta et transactiones obligent etiam successores? R. Successor in dignitate, vel officio non aliter tenetur stare pacto vel transactione sui antecessoris, qua sibi vel Ecclesiae praedictum generatur, quam si ea cum consensu superioris, aut aliorum, quorum interest, facta sit. c. 5. h. t. ratio, quia res inter alios acta aliis obesse non debet.

## T. XXXVII.

### De Postulando.

1. Postulare est desiderium suum vel amici sui in iudicio exponere, vel alterius desiderio contradicere, pat.
2. que ades advocatum agere. \* unde postulantes alio nomine advocati dicantur.
3. Q. 1. An advocatus pauperibus gratis servitium suum impendere debeat? R. si litigans sumptus suppeditare nequeat, potest iudex ex officio aliquem advocatum deputare, isque gratis advocare debet sub penis l. 7. C. h. t. constitutis.



Q. 2. Quis prohibeatur postulare seu advocare? 4.

De Jure civili, imbeciles, furiosi, somni, infames, et ceteri qui enarrantur in ff. et C. h. f. De Jure can. nequeunt Clerici, qui stipendiis Ecclesiasticis sustentantur in iudicio seculari; secus in foro Ecclesiastico. Advocare, nisi pro se aut sua Ecclesia vel pro Coniunctis aut miserabilibus personis. c. j. h. f. Prohibentur etiam Religiosi, proterquam in causa Monasterii accedente consensu. Prohibiti. c. 2. h. f.

Dixi autem pro Coniunctis scilicet conjunctione sanguinis, non conjunctione affectionis; Iuris tamen dare poterunt consilia, quia consulentes non veniunt nomine Advocatorum.

Q. 3. Quid circa Advocatos Judex attendere debeat? 8

R. I. Ne Advocationis officio se nigerant, qui gradum saltem licentia in iure non obtinuerint. II. Ne si una pars plures habeat Advocatos, pro ea stent omnes peritiores, pro altera vero omnes minus periti. l. 7. C. h. f.

III. Ne Advocati Convitiis se invicem onerent, famosas scripturas, quibus scilicet fama alterius laeditur, conficiant. IV. Ne Advocati de quota litis, i. e. certa parte rei litigiosae, si vicerint, sibi solvenda paciscantur, neve alienas lites seduciant, i. e. causas litigiosas emanent, l. 22. et seq. C. mandati, ubi etiam decernitur, quod qui litem emit, ac post victor existit, non tamen plus a reo obtineat, quam quod pro lite dedit.

T. XXXVIII.

De Procuratoribus.

Procurator est, qui aliena negotia mandato Domini administrat, estque aliquid Procurator extrajudicialis, qui Procurator ad negotia, et alius judicialis, qui Procurator ad lites dicitur. Differt autem Procurator ad lites a Postulatore sive Advocato, quod Advocatus solummodo jus et causa merita alleget, Procurator vero personam Principalis auctoris vel rei subeat, sumptus litis suppeditet, Pro Principali in iudicio compareat, sententiam



- exigiat, et reliqua, quae ad instructionem seu prosecutionem causa maxime ex facto pertinent, ipse peragat.
2. Hodie tamen plerumque Advocati solent simul constitui procuratores; quia facilius est partibus, tum ad scriptum, tum ad alias incommoditates evitandas eundem habere Procuratorem et Advocatum.
  3. Loco ex Procuratoribus aliqui dicuntur in rem suam constituti, quibus v.g. Dominus vendidit, vel simpliciter cepit jura, et actiones liquidas, ut Dominus quidem nomine, in suam tamen commodum litigent.
  4. Q. i. quoniam possunt ad negotia constituere Procuratorem? R. quisquis est rei Dominus et simul liberam habet administrationem. \* hinc Pupilli minores, furiosi, mente capti, licet sint Domini, quia tamen rerum suarum administrationem non habent, procuratorem constituere nequeunt.
  6. Q. 2. Curiam possunt dari Procuratores ad lites? R. omnes, qui non prohibentur, de iure autem prohibentur. I. mulieres l. 10. C. h. l. II. milites, ne a castris abstrahantur l. 7. C. eod. III. Potentiores, ne metum incutiant Adversario l. C. ne potentiores. IV. Redemptores alienarum litium l. 1. C. h. l. V. Religiosus sine licentia Pontifici, Clem. 3. in fin. h. l. VI. minor 25. annis saltem de iure canonico. c. 5. in fin. h. l. in 6. VII. Excommunicatus, qui non ad agendum, sed ad defendendum tantum Procuratorem constituere potest. c. fin. h. l.
  7. Q. 3. An Procurator ad lites alium substituere possit? R. non posse ante litem contestatam, de qua l. 2. §. 5. n. 1. et 6. procurator tamen ad negotia id libere potest. c. 1. d. licet. h. l. \* excipitur negotium matrimonij. c. fin. h. l. in 6. et ob partialitatem rationis alia magno momenti negotia, de non. de presumpt. pres. 30.
  8. Q. 4. An Procurator egeat mandato ad agendum? R. aff. alias eius gesta ipso iure irrita sunt. l. 24. C. h. l.

9 quia primū per contestationē fit Dominus litis.

9. Q. 5. An Procurator egeat mandato ad agendum? R. aff. alias eius gesta ipso iure irrita sunt. l. 24. C. h. l.
10. Q. 6. An Procurator egeat mandato ad agendum? R. aff. alias eius gesta ipso iure irrita sunt. l. 24. C. h. l.
11. Q. 7. An Procurator egeat mandato ad agendum? R. aff. alias eius gesta ipso iure irrita sunt. l. 24. C. h. l.



c. eod. nisi Dominus ante sententiam definitivam  
 ea rata habuerit, nam ratihabitio mandato equiparatur. \* sunt tamen casus, in quibus mandatum  
 presumitur. I. si Procurator sit persona Conjuncta. l. 35. ff. h. t. II. si Dominus profens sit, nec contradicatur  
 procuratori. l. 12. ff. mandat. III. si maritus agat in rebus uxoris l. 21. C. h. t. IV. si quis habeat  
 instrumenta ipsius causa. c. 43. de off. deleg. in his tamen casibus cautione de rato opus est, i. e. procurator  
 a securare debet, quod Principalis id, quod gerendum est, ratum habiturus sit.

Q. Dixi ad agendum, nam defendendum reum non  
 exigitur mandatum, si Procurator proter cautionem de rato in super caveat iudicatum solvi. i. e.  
 promittat per fidejussores, vel pignora solutum, quod per sententiam pronuntiatum fuerit, arg. l. 33.  
 ff. h. t.

Q. 5. quid dicendum, si quis solum sit generaliter  
 constitutus procurator? R. talis nequit tractare causas majoris momenti, ut criminales, nequit deservire  
 juramentum, nec in animam Principalis jurare, nec transigere pro his est. dixerit principalis  
 constituo te etiam in his, quae speciale mandatum requirunt, necdum sufficit. \* sed debent quodam  
 exprimi, et tunc procurator minora, non tamen majora poterit. c. 4. h. t. in 6. \* vel debet dari mandatum  
 cum libera, i. e. cum plena potestate.

Q. 6. An negligentia Procuratoris noceat Domino?  
 R. affirm. sibi enim imputet, quod talem negligentem constituerit, ab eo tamen per actionem mandati  
 Dñus sua consequi potest, et si solvendo non sit, ex equitate Domino in integrum restitutio  
 conceditur, modo liber sit ab omni culpa, q. uil. l. ij. obs. 45.

Q. 7. Quot modis finiat officium Procuratoris?  
 R. i. revocatione Principalis, etiam sine causa, si res adhuc sit integra, secus si revocari nequit, nisi cum causa



- causae a iudice cognita et probata. c. 2. h. t. in 6. f. Interest enim procuratori, sive ob expensas in litem factas, sive ob periculum fama, ne sine causa mandatum revocetur. Causae revocandi enumerantur d. c. 2. praecipua est suspicio Collusionis. Ceterum revocatio debet Procuratori ac iudici esse intimata, alioquin valide perget, c. 3. et 13. h. t. excipitur causa
19. matrimonii. \* II. finitur officium Procuratoris morte Principalis, re adhuc integra. l. 26. in pr. ff. mandati.
20. secus re non integra, \* nisi sit Procurator persona Ecclesiastica in causa spirituali constitutus. Clem. ult. h. t. succedit enim tunc alius in officio, qui non tenetur factum Antecessoris probare. \* mandatum tamen factum ad prias causas probabiliter nunquam revocatur. arg. l. 9. ff. de iure dot. l. 4. ff. Manum. v. m.
22. III. finitur officium procuratoris morte ipsius. l. 27. §. 3. ff. mandati. IV. renuntiatione re adhuc integra desinit autem opus integra, si negotium iam est consummatum, si lis iam est contestata, vel Dominus factis dedit consentiente procuratore de iudicatio solvi.

## T. XXXIX.

### De Syndico.

1. Universitas: quo nomine quolibet Collectio hominum unum morale corpus constituens, ut Civitas, oppidum, Monasterium, Collegium, Schola, Dioecesis, Civium, aut opificum intelligitur, nec agere nec utiliter conveniri potest, nisi communi nomine unam certam personam pro se constituat. unde sicut is, qui ad negotia vel litem alicuius privati gerendam constitutus est, Procurator dicitur, ita deputatus ab aliqua Universitate Syndicus appellatur. \* Differt autem Syndicus ab administratore, vel Reonomo, quod hic in administratione pecuniae, aliorumque negotiorum extrajudicialium, ille in litibus prosequendis versetur. Differt



etiam ab Actore universitatis, quod actor ad certa tantum, Syndicus ad omnes causas datur. Sed tamen actor et Syndicus inter se frequenter in canonibus et legibus confunduntur. \* In Regularibus est specialis, quod quidem actores seu Procuratores in aliqua particulari causa cum licentia Episcopi possunt, non vero Syndici; etiam proprii Monasterii; sed Episcopus debet aliquem extraneum constituere, ne per forenses lites nimium abstrahantur. c. un. h. t. Porro in constituendo Syndico non requiritur, ut omnes in instrumento Syndicatus se subscribant, sed sufficit, si id fiat a principis illius Collegii officialibus appposito eiusdem sigillo.

3.

4.

Notat demum Canon. h. t. n. 6. quod Syndicum cum consensu Episcopi, capituli; constitutum possit solus Abbas revocare: cum enim ipse solus possit agere in causis sui Monasterii. c. edoceri. 2. de Rescript. potest etiam solus revocare Syndicum, et in se assumere actionem.

5.

### J. XL.

De his, quae vi, metusve causa fiunt.

Vis definitur. l. 2. ff. quod met. caus. quod sit maioris rei impetus, qui repelli non potest. alia est absoluta seu vera, et est corporalis coactio ad faciendum, quod iubetur; ut si cui venienti genua coram idolo curvantur. alia est modificata seu conditionata, et hoc cum metu coincidit: \* Est autem metus Instans vel futuri periculi causa mentis deperditio. l. 1. ff. h. t. Clarius; est violentia externa cogens aliquem, ut consentiat in actionem, qui alias consensurus non erat.

1.

2.

Q. 1. An actus ex metu gesti valeant? R. affirmative. quia metus non tollit omnino consensum; attamen per sententiam Iudicis rescinduntur. l. 2. ff. h. t. Dices. 1. l. 22. ff. eod. dicitur: obligationem metu extortam nullius esse momenti; ergo. R. illa verba nullius

3.



Metus equipara-  
tur dolo: at

7 quamlibet

esse momenti, idem esse, ac nullius firmitatis prop-  
ter rescindibilitatem.

Dices. 2. q. solus dolo causa contractus; saltem bona  
fidei; facit contractum nullum. l. 14. d. 12. ff. h. t. ergo.

R. metum equiparari dolo latius sumpto, quatenus scilicet

dolus dicitur ~~omnis~~ lesionem iniustam, non quatenus  
significat fraudem et circumventionem, quae sola tollit  
consensum liberum.

Dices. 3. c. 20. de iurejur: dicitur, furamentum vi: seu  
metu: extortum non esse servandum: ergo gesta ex  
metu non valent. R. D. C. non est servandum si quis  
ab eo absoluitur, vel si vergit in damnum animae. C. fe-  
cus. N.

6. Tamen actus ex metu iniuri ipso iure nulli,
7. ut matrimonium. c. 14. de spons. \* item vota, elec-  
tiones, promissio dotis sed de quibus vid. c. 1. h. t. l. 21.  
d. 3. ff. h. t. c. 2. de iurejur.
8. q. 2. Qualiter subveniatur metum passis? 1. actio-  
nem habet, non solum contra eum, qui vim intulit,  
sed etiam contra eum, qui rem ab eo ob metum  
datam detinet. l. 14. d. 3. ff. h. t. 2. si rem nec-  
essarium dedit, exceptio ei datur, ne eam promissam  
solvere teneatur. l. 1. ff. de dol. mal. et met. except.
9. si tamen ex metu levi res extorta est, non conceditur  
actio in foro externo, licet in interno restituenda sit.  
fanch. l. 4. d. 9. n. 4.
10. Quaedam vero sunt licet ex metu gravi iniuri, quae  
rescindi nequeunt, ut Baptismus, et ordo ob indele-  
bilem characteris impressionem.
11. Poterunt autem metum passis datur actio vel exceptio, re-  
quiruntur 1. ut sit + gravis, qui cadit in virum con-  
stantem, ut carceris, mutilationis; respectu vero fa-  
minio dicitur etiam gravis si in feminam forte
12. caderet. \* 2. iniuste iniurius, hinc non competit ei  
actio vel exceptio, quem iudex tenet, ut suae iustae  
+ Pater Engel hic metum gravem vocat iustum, quia iura cum  
pro tali habent, qui iuste et merito aliquem moerore prosequitur, ac pro-  
inde iustam in iudicio excusationem probat.



sententia pareat; \* 3<sup>o</sup> ut sit proscns; hinc si quis ob  
 solas minas et in futurum imminens malum ali-  
 quid cederit, vel fecerit, restitutionem metus causa  
 non habebit, nisi minas factas sint ab eo, qui solet eas  
 exequi. 4<sup>o</sup> ut sit ab extrinseca vi illatus; scilicet a cau-  
 sa libera, puta ab homine; nam metus ab intrinse-  
 co, i.e. a causa naturali, non excusat. hinc vota me-  
 tu mortis emissa obligant, ut docent D.D. 5<sup>o</sup> ut sit  
 directi metus ad extorquendum actum; quare si  
 juvenem in stupro deprehensum zelo justitiae  
 accusare destinasti, ille vero ad declinandam accusa-  
 tionem se offerat ad ducendam tuam filiam, tenet  
 hoc promissio.

Notat. C. Engel n. 13. et 14. quando c. s. h. t. dicitur  
 non esse licitum ex metu quocumque peccatum mor-  
 tale committere, intelligi debere, si transgressio  
 ex metu fieret contra legem divinam, secus contra  
 legem humanam ecclesiasticam; hoc enim non solet  
 cum gravi damno obligare; nisi concurrat cum lege  
 divina, quod fit, cum in contemptum eius aliquid  
 exigitur, aut committitur; sic, qui communicat cum  
 excommunicato, quia id videtur spectare in contemp-  
 tum Ecclesiae, ideo in d. c. s. dicitur, hanc comuni-  
 cationem nullo metu licitam esse.

14

15

16

7 haec comunico

### XLI.

#### De in integrum restitutione.

Restitutio in integrum est remedium juris ex-  
 traordinarium, quo res in eum statum, in quo  
 ante lesionem fuerunt, officio iudicis reducuntur.  
 Dico extraordinarium, quia datur pro casu, quo  
 deficit, ordinaria actio. l. 16. ff. de m. m. \* si ta-  
 men hoc remedium ordi<sup>aria</sup> actione esset primum, eo  
 uti fas erit. v.g. minor, est ultra dimidium sit lo-  
 sus in venditione, et ob id habeat actionem ordinariam  
 l. 2. C. de rescind. protest tamen restitutionem in  
 integrum petere, cum hoc sit primum remedium,

1.

2.



- quā sicut colera daceam in ea non tenetur probare  
lesionem ultra dimidium, sed sufficit probare lesionem.
3. L. i. quibus datur beneficium restitutionis in integrum?  
R. I. minoribus 25. annis. c. 3. h. t. l. i. ff. de min.  
II. Ecclesiis. c. i. h. t. quo nomine veniunt omnia pia  
locā. III. Reipublica ac civitatibus l. 4. C. ex quibus  
caus. chap. idq. extenditur ad castra et oppida. IV. ma-  
ioribus etiam 25. annis ex iustis causis. l. i. ff. eod.
  4. Iusto autem causae sunt, si quis fuit lesus, dum ac-  
cepit reipublica causa, vel ob captivitatem, l. 1. ff.  
ff. eod. \* item si sit persona, in qua juris ignorantia  
supponitur, ut rustici, mulieres. V. denique hoc  
beneficium non solum principalibus lesis compe-  
dit, sed etiam eorum heredibus, modo defunctus  
in ea conditione fuerit, ut si adhuc persistet, et  
restitui debet. l. 6. ff. h. t. l. 10. §. fin. ff. minor.
  6. L. 2. an restitutio in integrum locum habeat,  
si minor contra minorem, ecclesia contra ecclesia  
restitutionem petat? R. aff. ex c. h. t. l. 11. §. pen.  
ff. de minor. Dices Privilegiatus contra privi-  
legiatum non utitur privilegio; R. si utriusq.  
par sit causa. C. si alter recitet de lucris captando  
et alter de damno vitando. N. tunc enim, qui cupit  
indominis esse, iuste profertur illi, qui ex se aliena  
lucrum querit.
  7. L. 3. coram quo sit petenda restitutio? R. coram  
Judice illius, contra quem petitur; alio enim  
forum rei sequitur. \* si tamen is sit ordinarius  
non habens administrationem, i. e. ut explicat  
Canon. in c. 9. h. t. non habens certum territorium,  
sed solum fundatam jurisdictionem in certis perso-  
nis, ut habet rector Univers. in Scholares, tunc  
restitutionem dare nequit, nisi petatur incidenter  
non principaliter, \* h. e. nisi petatur ante defini-  
tivam sententiam super certo tantum causae ar-  
ticulo, puta ad exceptionem, vel probationem omni-  
sam proponendam. d. c. g. h. t.

ful dicitur c. g. h. t.



Q. 4. An pendente causa restitutionis sententia in judicio lata suspendatur? R. aff. per l. un. C. in integ. restit. postul. ne quid novi fiat. nisi profumiposset, quod restitutio solum ad prolationem lisis petebatur. tunc enim executioni mandanda esset, cum cautione tamen a victore prostanda, de quo vid. Cap. 6. h. l.

Q. 5. Quoniam sint conditiones huius restitutionis? R. i. ut petatur intra quadriennium, quod Ecclesia currit a die lesionis. Clem. un. h. l. Minor vero a principio anni 26. sua aetatis, quando scilicet factus est maior, circa actus illos in minorennitate gestos. l. 5. C. de temporibus in integram restitutionem.

Ped hic est questio, an quadriennium petenda restitutioni prefixum currat immediate a die profata lesionis vel potius a die scientia, quo restituendus in lesionis cognitionem devenit? Probabilius est, profatum quadriennium a tempore scientiae computandum: alias enim non satis prospectum esset videmitati Ecclesiarum et minorum, si contra occultas suas lesiones nullum haberent remedium. unde in c. 1. et 2. h. l. in 6. dicitur, quod post quadriennium Ecclesia restituenda non sit, si negligenter intra illud tempus restitutionem non petierit. Ergo a contrario sensu, si non ex negligentia, sed propter ignorantiam lesionis id factum sit, etiam post quadriennium restituenda erit, quia ex rationabili causa generaliter post quadriennium Ecclesiam restitui, expresse in d. c. 1. dicitur.

Non obstat Clem. un. h. l. in qua dies lesionis pro initio quadriennij assignatur, nam explicari debet, si dies lesionis et scientiae coincidunt; sic enim pro favore Ecclesiarum, et minorum iura iuris concordantur.

II. Condicio est, ut qui restitutionem petit, debeat probare se lesum esse. c. 2. c. 1. h. l. l. 7. §. 2. et passim alibi. ff. de m. m. in camera tamen contrarium circa appellationem a minoribus omniam practicum

10.

11.

12.

13.



esse docet Mynsig. cent. 4. cap. 17.

14. Letes, incidenter, an Majoranni pro fit beneficiū  
restitutionis in integr. si cum minore in eadem li-  
te confor sit? R. neg. si causa sit dividua, ut si con-  
sistat in certa pecunia summa; secus si sit individua  
l. 47. d. 1. ff. de mri. l. un. C. si in comun.

15. III. conditio est; ut lesio non casu fortuito sed dolo ad-  
versarij, vel ex negligentia Administratoris peve-  
nerit. l. 11. d. 4. ff. de mri. \* IV. demum ut is, qui

16. alieno nomine restitutionem petit, vel sit. Execu-  
rator cum libera vel mandatum ad id speciale ha-

17. beat c. 7. h. t. l. 25. ff. de mri. \* At tutores, Cu-  
lati et alij habentes administrationem alieni pa-  
trimonii sine mandato special; restitutionem in in-  
tegr. petere possunt. Abbas et alij nic. 6. h. t.

18. Q. 6. An impetrata restitutione res una cum fruc-  
tibus saltem extantibus restituenda sit? R. aff.  
ex l. 24. d. 4. l. 27. d. 1. ff. de mri. Dices: ante re-  
stitutionem res fuit in dominio possessoris; ergo  
restitu; non debet. R. hoc dominium solum fuisse

19. perocabile non absolutum. Dices: c. 11. de reb.  
Eccles. non alien. fructus percepti possessori feudi,  
non Ecclesia in integrum restituta adjudicati sunt;  
ergo. R. omnis variis expositionibus venis qd,  
de quibus Cov. var. res. l. 1. c. 3. verius esse loqui de  
fructibus bona fide consumptis non vero extantibus.

20. Q. 7. An is, qui cum minore vel Ecclesia contraxit,  
unde minor vel Ecclesia damnum accepit, tenet-  
atur in conscientia restituere ante iudicis senten-  
tiam? R. P. Innocent. nic. 6. de immu. Eccles.  
Et Panor. ibidem n. 209. eum teneri si lesio cum  
dolo, secus si sine dolo contigit. Putat tamen C.  
Engel, si dolus non dedit causam contractui, solum  
justum pretium restituendum esse, non tamen  
ipsam rem, nisi post sententiam iudicis, quia con-  
tractus validus, qualis is est, transfert dominium  
rei. Colliges, quod is, qui sine dolo contraxit,

7 textum



cum minore, postea tamen videt, quod res ab eo  
possit per beneficium restitutionis repeti, non de-  
beat diei male fidei possessor, atq; adeo lucretus  
fructus rei

interim

Q. 9. An Clericus minorennis, qui inconsulto re-  
signavit beneficium, possit petere in integ. re-  
stitutionem? R. aff. quia minor in iure nullo  
casu excipitur; nec obstat quod c. fin. de iudic. in b.  
minor in beneficalibus tanquam maiorennis  
in iudicio stare possit; id enim in specialem eius  
favorem est introductum, unde non debet in eius  
damnum cedere. per Reg. 61. in b.

21

Sed quid si beneficium resignatum iam altericol-  
latum esset? R. nihilominus adhuc ei restitui  
debere. per l. 9. in princ. et l. 13. d. 2. ff. de minor.  
Nec obstat l. 24. d. 2. ff. de min. quia ea loquitur  
de re, quam minor necdum possedit; at nos ver-  
samur in casu, quo minor re; possessor fuit.

22

Q. 9. An in spiritualibus vq. Matrimonio, vel  
professione Religiosa debet restitutio? R. non  
dari si ab initio valuerunt; secus tamen, si alle-  
gatur eorum nullitas, ut constat ex Trid. sess. 25.  
de regul. c. 19. \* Et licet ibi dicatur, quod reliqui-  
osus allegans nullitatem professionis, non nisi  
intra quinquennium a die professionis audiendus  
sit, putat tamen Sanch. de mat. l. 7. d. 34. n. 22.

23.

si ex ignorantia per quinquennium tacuerit, ad-  
huc audiiri et restitui posse. \* In Contractibus  
quoq; iuratis licet regulariter non debet restitutio,  
si tamen res notabiliter mutata sit, non denegatur;  
per c. 25. de iurej.

25.

Q. 10. An minor possit restitui adversus suam confes-  
sionem, i. e. an si delictum vq. vel debitum p confessus est,  
possit petere, ut habeatur pronon confesso? R. licet  
ex b. d. penul. ff. de confessis. id sperat, at debet intelligi, si  
ex presumptionibus urgentibus minor probavit confessionem  
falsam fuisse; secus enim restitui non debet; ne ei, debet oc-  
casio mentiendi, et libere protelandi.

26



## J. XLII.

### De Alienatione iudicii mutandi causa facta.

1. Alienatio iudicii mutandi causa fit, cum v.g. filius audito rumore, quod ego fundum ab eo possessum vindicare velim, illud alienat in personam potentiorē vel in clericum sicut ut sic causa reddatur mihi difficilior.
2. Q. quomodo mihi succurri possit? R. datur mihi actio in factum contra alienantem ad id quantum a me interest rem alienatam non fuisse. l. j. ff. h. t. Item datur mihi actio reatis sicut scilicet ad rem vindicandam. adversus possessorem l. un. C. eod. imo adversus ipsum etiam alienantem, qui rem dolo desinit possidere, quia qui dolo possidere desinit, pro possessore habetur; Est quoque in mea potestate tam realem contra possessorem, quam personalem in factum contra alienantem instituire.
3. Nota. si res alienata fuerit copio iam iudicio, huiusmodi actione opus non erit, alienatio enim rei litigiosa ipso iure nulla est, nec sub pena prohibita. l. j. m. C. d. t.
4. Ex iure can. duo hic notanda sunt. 1. est, quod et si rescripta iustitia non extendantur ad personas in eis non comprehensas, si tamen ad elusionem rescripti apostolici res, de qua his movetur, in extraneum alienata sit, poterit hic extraneus etiam vi illius rescripti coram delegato, qui in eo rescripto iudex datus est, conveniri. Alterum est, quod Clerici prohibeantur, ne res litigiosas in se transferant. vid. c. j. et r. h. t.

## J. XLIII.

### De Arbitris.

1. Arbitrus est vir bonus ad aestimandum et determinandum negotium electus. Historum usus, vel libet + actio in factum est ea, qua factis demonstratis per simplice rei gestis narrationem agitur.



faciliter expediantur, inventus est.

Q. 1. Quid juris si plures arbitri electi sint? Quid  
provalet, si quod plures conveniunt; si vero omnes  
dissentiant, unius tamen pronuntiatum in al-  
terius pronuntiato contricatur, v.g. si condemnet  
unus in 20. alter in 15. tertius in 10. sententia  
de summa minima tenebit. c. 1. h. t. in 6. ratio;  
quia summa minor contricatur in majori; ergo pro-  
nuntiantes majorem simpliciter censentur in mi-  
norem consensisse; modo si ut hic limitat. P. Engel:  
minor summa sit intra terminos aequitatis.

Q. 2. Quid dicendum, si arbitrorum aliqui tempo-  
re ferendi iudicii se absentent? R. de jure can.  
si major adsit pars v.g. duo ex tribus valide pronun-  
tatur. c. 2. h. t. in 6. secus de jure civ. l. 17. d. fri.  
ff. h. t. seu de receptis arbit.

Q. 3. super quibus causis compromitti prosit?  
R. super omnibus non exceptis, excipiuntur au-  
tem, quae cognitionem majorum iudicum sequuntur,  
ut sunt I. matrimoniales, et criminales c. pen. de  
in integ. rest. nisi civiliter, i. e. ad interesse pri-  
vatum ageretur de crimine. II. Causae exemptionis,  
c. 5. h. t. III. Beneficiales. c. 1. de R. J. in 6.

Q. 4. quonam sit differentia Arbitri ab arbitra-  
tore? R. I. Arbitrator procedit iuris ordine servato,  
Arbitrator vero solum ex aequo et bono contro-  
versiam componit. II. Arbitrator semper ex li-  
bera partium voluntate, arbitrator vero interdum  
a jure assumitur, ut in causa suspecti iudicis,  
et talis dicitur necessarius. III. quivis potest  
esse Arbitrator, non autem arbitrator. c. 51. ff. h. t.  
IV. Arbitrator debet unicuique dare, quod suum est,  
quia assumit partes iudicis l. 13. ff. h. t. Arbitra-  
tor vero, cum sit mediator, et transigens  
potest per modum transactionis de jure unius  
alteri dare pro bono concordiae, c. 21. de prob. V. de-  
niq. sententia Arbitri statim oportet, sive aqua sive



iniqua sit. l. 2. d. 2. ff. h. t. nisi arbiter iuris sit,  
c. 13. de off. deleg. in 6. Item nisi iniquitas sit no-  
toria, per c. 2. de presumpt. l. 2. C. h. t. At sen-  
tentia Arbitratoris, potest reduci ad arbitrium  
boni viri i. e. eius, qui alias in causa ordinarius ju-  
dex esset. \* quae reductio probabilis iuxta Canon.  
in c. 23. de iurej. intra 10 dies peti debet. Sed circa hanc  
reductionem.

9. Q. 5. An testes apud arbitratorem producti, vel con-  
fessio apud eundem facta faciant fidem coram iudice  
reductionis? R. Testes cum non sint apud arbitra-  
torem, <sup>recepti</sup> ~~recepti~~ in ~~forma~~ forma iudicii, ideo peti potest  
ut in iudicio reductionis de novo examinentur; nisi in  
compromisso de hoc cautum sit, l. fin. C. de test. at  
confessio est judicialis non sit, s. tamen presente  
adversario facta sit, plene probat. Mascard. de  
probat. Concl. 346.

10. Q. 6. An detur appellatio a sententia iudicis re-  
ductionis? R. negativè. ne detur reductionis re-  
ductio, et lis ex lite oriatur. Dices: iudex re-  
ductionis est ordinarius, a quo appellari licet. R.  
cum hic non agere, ut ordinarium, sed magis ut ar-  
bitratorem, a quo non datur appellatio.

11. Q. 7. An pars contraveniens sententiae iudicis re-  
ducentis contrahat poenam compromisso adiectam?  
R. aff. quia partes se obligant, ut sub poena solvantur,  
quodquid vir bonus, ac prudens etiam iudex  
reductionis pronuntiant.

12. Q. 8. An petens reductionem incidat in poenam  
quasi contraveniens arbitramento? R. aff. si non  
habuerit probabilem causam eam petendi, se-  
cus si habuerit, arg. l. 132. et l. 54. d. 1. ff. locati.

13. Q. 9. An reductioni renuntiari possit in compro-  
misso? R. aff. modo non reducatur ad eum casum  
quo quis enormiter laesus esset l. 2. d. 2. ff. de pad.

14. Q. 10. quibus modis finiatur compromissum?  
R. 1. morte arbitri. 2. morte unius ex compro-



mittentibus, nisi pro heredibus sit compromissum.  
3. recusatione Arbitri suspecti. 4. lapsu diei; ar-  
bitrio profixi. 5. pronuntiatione definitiva su-  
per causa. vid. l. 19. d. 1. l. 32. d. 11. et fm. ff. h. t.

Q. 11. Per quem executio compromissi fieri debeat?  
R. per ordinarium iudicem, non per arbitrum;  
Ratio, quia hic jurisdictionem propria non habet.  
l. 3. C. de iurisd.

Nota. licet de jure veteri non datur actio ex  
compromisso, nisi ei stipulatio, vel poena adjecta  
fuisse, ut v.g. qui sententia arbitri non pareret,  
100. solveret, hodie tamen si vel laudum sive sen-  
tentia per subscriptionem partium, aut per lap-  
sum 10. dierum homologatum, i. e. confirmatum  
est, iam datur actio in factum vel condictio  
ex lege coram ordinario iudice pro executione  
arbitrii.

## Liber II. Secretalium. T. I. De Judiciis.

Judicium nil aliud est, quam legitima contro-  
versia, quae est inter actorem et reum per  
iudicem discussio ac definitio. \* vides igitur  
3. personis iudicium constitui, scilicet actore, reo,  
et iudice.

Q. 1. quis actor, seu quis in iudicio agere possit?  
R. omnes non prohibiti; prohibentur autem Imi-  
nores sine auctoritate Tut- vel Curatorum.  
Filiifamilias sine consensu Parentum, et ceteri  
de quibus in l. C. qui legitimam personam standi  
in iudicio habeant. De jure tamen Can. in spiri-  
tualibus causis ac cum eis connexis major 14. an-  
nis, et etiam filifamilias sine consensu Patris ad-

\* Condictio ex lege locum habet, quoties ex nova lege descendit obligatio, nec  
in ea lege cautum est, quo genere actionum, quis agere possit.



4. mittuntur c. fm. h. t. in 6. \* II. Religiosi sine licentia Abbatis agere prohibentur, nisi de eius licentia extra monasterium degant v.g. Auditori vel cure parochialis causa, arg. l. 10. d. 2. ff. h. t.
5. \* De Prelato dubitatur, an sine consensu capituli agere possit? R. tamen aff. | nisi causa esset val. de ardua: c. q. caus. 10. q. 2. c. q. h. t. c. 21. de rescript. Ratio, quia qui generalem administrationem habet, potest sine alterius consensu agere. l. fm. ff. quod cuiusq. univ. nom. at talem habent. Prelati: ex. qo.
- l. 2. Quis reus fieri, seu quis in iudicio se tueri possit? R. quilibet, ipsa tamen, ut quidam non propria sed aliena auctoritate defendantur, ut. Cur prilli, imbeciles, et usu rationis destituti. Excommunicati vero licet agere non possint c. 5. de except. se tueri tamen non prohibentur; defensio enim est juris naturalis; His adnumerantur deportati, i. e. condemnati ad insulas vel ad perpetuum exilium.
8. Nota. ut iudicium rectius expediat, solent adhiberi, assessores, auditores, scribae, Viatores. Assessores seu Consiliiarii sunt, qui iudicij assident, eiq. suo consilio in iudicando adjuvant; Si eis ageat iudex delegatus, illis prodes litigantes spontulas seu salarium prestabunt. c. 11. d. assess.
9. de rescript. in 6. \* Loco assessores absente iudice sine eiusdem commissione nil statuere possunt. l. 12. c. de assess. Sed nec is eorum consilium necessarium sequi tenetur. arg. c. 7. de arbit.
10. Auditores, qui in curia romana usitati sunt, illi dicuntur, quibus vel tota causa, vel certus casus ad viculum examinandus committitur, eos sine, ut post factum diligens examen rem omnem iudicij exponant, eiusq. decisioni relinquunt; habent itaq. jurisdictionem in cognoscendo, sed non in decidendo. De scribis, seu secretariis et Viatoribus alibi dicemus.

7 nisi hoc ipsis specialiter commissum sit.



Q. 3. Quotuplex sit iudicium? R. multiplex; ii.  
 aliud enim est seculare, cui praest Laicus, vel  
 etiam Clericus ratione territorii, vel alterius po-  
 testatis secularis; aliud Ecclesiasticum, cui praest  
 Persona Ecclesiastica qua talis; \* aliud item ordi- 12.  
narium, quod instituitur iuxta praescriptas juris  
 solemnitates; aliud sumarium, in quo sine iis,  
 adeoque simpliciter proceditur, ut in causis electi-  
 onum, provisionum, matrimonii, exigui momenti,  
 de quibus Clem. 2. de <sup>iudicis</sup> Extrav. un. inter comm.  
 h. t. c. fin. de heret. in 6. \* In eo tamen probati- 13.  
 ones, defensiones, Citaciones, prostantio juramen-  
 ti calumnia et malitia: de quo l. 7. n. 1. et 6. |  
 mitti non debent. Valent. h. t. d. 6. \* Rursus 14.  
 aliud est criminale, quo agitur de crimine ad vni-  
 dictam publicam; aliud Civile, quo agitur super  
 re vel iure debito. potest tamen agi super crimine  
 civiliter, si solum agatur ad interesse privatum,  
 v. g. ad compensationem damni. \* Foro Civile 15.  
 subdividitur in petitorium, in quo de propri-  
 etate rei; et in proseporium, in quo de sola rei  
 possessione agitur, sed de hoc plura infra l. 12.

## J. II.

### De foro Competenti.

Ex tribus principiis alicui competit forum. I. Ex i.  
 persona Iudicis, quia is est ordinarius vel com-  
promissarius, vel quia prorogata est <sup>potestas</sup> jurisdictio.  
 II. ex persona rei, cuius forum actor sequitur.  
 III. ex qualitate causa, v. g. si ea sit Ecclesiastica,  
feudalis, &c. \* De fori competentia ex parte ju- 2.  
 dicis iam egimus in l. 1. decret. solum adhuc  
 hic nota, aliquando dari fori competentiam per causa  
 vocationem, et hoc definitur: litis pendentis  
coram inferiore ad superiorem, a quo potestatem  
iudicandi accepit, extra appellationem facta translatio;



- cuiusmodi Superior est Pontifex respectu inferiorum Prelatorum, Episcopus respectu Vicarij, ordinarius respectu delegati. \* Superest igitur ut de competentia fori ex parte rei, et ex qualitate causa exactius agamus.

### Pars. I<sup>ma</sup>

## De Competentia fori ex parte Rei Conventi.

4. Variis ex causis Reus sortitur forum, nempe ratione domicilij, rei sitae, Contractus, delicti, praeventoris, privilegij sed nunc de Foro domicilij, postea de aliis. fit igitur,

### §. 1.

## De Foro Domicilij.

5. Q. Quid sit domicilium et quotuplex? R. Domicilium est locus habitationis; aliud est naturale, seu originis, in quo scilicet quis natus est, quod domicilium vix hodie servit, nisi ad susceptionem  
6. Ordinum. \* aliud accidentale, seu domicilium habitacionis, et est locus, in quo quis habitat, animo ibi commorandi. \* si quis propositum habeat, perpetuo ibi commorandi, dicitur simpliciter domicilium, quod proprie forum competentens facit, et de hoc iam diximus l. i. §. ii. n. 27.  
7. Si vero solum per tempus notabile ibi quis moratur dicitur quasi Domicilium. Et hoc saltem sufficit, ut quis forum internum, seu penitentiali, mo etiam externum seu iudiciale de actibus in  
8. eo loco gestis sortiatur. \* Verum an etiam ibi conveniri possit de iis, quae alibi gessit v. g. si alibi deliquit, vel contraxit, satis controversatur,  
9. Negat Engel, pro eo casu, quo quis in vicinia venus domicilium haberet; quia id iuri contra l. 19. §. de Iud. conformis est, secus vero, inquit, dicendum



si quis alibi verum domicilium non habeat. \* Testa- 11  
tur tamen rivaluisse, ut forenses ob debita alibi  
contracta in loco, ubi reperiantur, vel moram tra-  
hant, arrestentur, donec solvant. \* Studiosos 12  
quod attinet, dicemus n. 29.

Nota, quod domicilium forum fit generale, adeo, 13  
ut quis semper in foro domicilii conveniri pos-  
sit, licet alibi contraxerit, aut deliquerit, vel  
etiam si ut multi docent, res litigiosa alibi sita  
sit.

§. II.  
De foro rei sita.

Nota. i. Per forum rei sita intelligitur locus, 14  
in quo res controversa existit; iudex autem illius  
loci, dicitur iudex rei sitae, apud quem conveniri  
possit debitor vel possessor illius rei; l. fri. C. ubi  
in rem actio. \* Not. 2. licet possessor nominet 15  
suum authorem, a quo scilicet rem emit, non tamen

minus poterit actione reali in loco rei sitae conve- 16  
niri; \* tenetur tamen author seu venditor pe-  
l. 49. ff. de iudic. eum defendere, ubicunque; si  
mota fuerit, ac demum de evictione si de qua sup.  
l. 33. n. 14.

Q. i. an nomine rei veniat etiam res mobilis, 17  
adeo, ut etiam actio in loco, ubi deprehenditur,  
institui possit? R. cum Lanor. affirm. si res in  
loco permanere soleat. arg. l. fri. et l. 30. ff. de iudic.  
secus si transitoria sit, ut si quis cum meo equo per  
urbem iter faciat. arg. l. 32. d. 2. ff. de usu fruct.  
leg. l. 70. d. fri. et l. 06. ff. de legat. 3. poterit ta-  
men ea in loco, per quem transit, arrestari, ut ajuat,  
nisi caverit de iudicio fieri, i. e. cautionem prosti-  
terit, quod iudicio se sistere velit in loco alias compe-  
tenti. Possesores tamen immobilium a cautione rele-  
vantur. l. 18. ff. qui satrid.

Q. 2. an hereditatis petitio institui possit, ubi 18



bona hereditaria sita sunt. R. affir. et quidem  
maximè si agatur pro immisione in possessione.  
Quod si ea bona diversis locis sita sint, vel agendum  
erit in domicilio eius, qui convenitur, vel ubi ma-  
jor pars hereditatis sita est. l. un. C. ubi de hered.  
agi.

### §. III.

#### De foro contractus.

19. Regula est generalis, quod contractus, vel + quasi  
faciat forum competens in loco, quo initus est.  
c. fm. h. d. l. 19. d. fm. et l. seq. ff. de judic.

20. Excipitur tamen I. dos, quæ soluto matrimonio  
non in loco, ubi pacta dotalia confecta sunt, sed  
in domicilio mariti exigitur. l. 65. ff. de judic.

7 excipiuntur 21. II. Legatis, nam si hi ad eum locum, ubi olim con-  
traxerant, mittuntur, habent exceptionem, causa  
22. revocandi domum, i. e. ad suum domiciliu. \* III

Viator seu peregrinus mox discessurus, qui per l. 19.  
§. 2. ff. de judic. nequit conveniri in loco contractus,  
nisi si ibi erexit tabernam, pæculam seu tentorium  
ad vendendum. l. et §. cit. 2. nisi altera pars con-  
trahens eum viatorem ignoraverit. arg. à contrario  
in d. l. 19. d. 2. 3. nisi quis intentione contrahendi  
ad locum se contulerit. d. §. 2. 4. nisi in contractu  
agatur de tali re, quæ maxè dari debet executioni,  
ut si emas à peregrino equum, is autem accepto  
pretio nolit tibi tradere equum. d. nisi de fuga  
suspectus sit. 6. nisi post aliquod tempus redeat  
ad locum contractus, ibique moram trahat, quia  
tunc non est amplius viator.

7 aut mutatioe domicilii

23. IV. excipitur is, qui in loco contractus non repe-  
ritur. c. j. d. contrahentes. h. d. dantur tamen  
casus, in quibus absens in loco contractus conve-  
+ quasi contractus est, qui non nisi fictione juris constat, ut  
tela administratio, fingit enim jus inter pupillum et tutorem  
circa eam intervenire contractum.



niri potest. 2.º f. quis adm. ministracionem in aliquo loco gessit, in eo ad reddendas rationes conveniri, et etiam absens citari potest. l. i. C. ubi de rat. ag. oport. 2.º f. contrahens se expressè submiserit iudicio loci illius. 3.º f. quis promiserit solvere pecuniam in certo loco, eo etiam vocari et conveniri poterit. l. 19. d. f. m. et l. seq. ff. de iudic. 4.º casum addunt Canon. et alii, verum Engel illum non sine ratione rejicit hic n. 24. apud quem is <sup>videri</sup> poterit.

27

§. IV.

De foro Delicti.

Ex delicto sive parvo sive magno quilibet sortitur forum in eo loco, in quo deliquit; Ratio, quia ibi facilior cognitio haberi potest. l. i. C. ubi de crim. agi. \* Et sic sicut cetera mittamus: Iudex testem coram se falsum deponentem, adeoque delinquentem punire potest, et si aliena sit jurisdictionis. l. 14. C. de test. \* imo ne delicta maneat impunita, non solum in loco delicti, sed etiam ubicunque delinquens reperitur, ibi capi, et puniri potest. l. i. C. ubi de crim. agi. oport. nisi iudex loci delicti, ut remittatur, requirat. l. 7. d. f. m. de accus. Nov. 134. c. 5.

25.

26.

27.

Verum ut remissio detur, 5. conditiones requirunt  
 I. ut petatur a iudice per litteras requisitorias.  
 II. ut delictum sit grave et enorme. III. ut litteris miseratur quedam sumaria criminis probatio.  
 IV. ut res sit adhuc integra, seu a iudice capiente tractari copta non sit. V. ut uterque iudex iam requirens, quam requisitus sit sub eodem Principe, v. g. Imperatore, Electore p. l. 7. et Nov. cit. at hodie ab hoc jure recessum esse videtur; quia remissio non fit nisi sub litteris reversalibus, quod scilicet ea non sit prejudicatura jurisdictioni iudicis remittentis, iudexque requisitus idem in simili facturus sit.

28.

29



30 Q. 1. An studiosus a libi delinquens remitti de-  
beat ad magistratum academicum. R. aff. ex  
auth. habita. C. Ne filius pro patre. ubi prohibetur,  
ne studiosis ob alterius cuiuscunque proinicia delicti  
damnum inferatur, sed in omni negotio magistra-  
tum academicum iudicem habeant. \* Huic  
31 deinde executionem facturo tenetur magistratus  
loci, media executoria, puta lictores p. probere, arg.  
Nov. 139. c. 5.

32. Q. 2. quis cognoscere debeat de delicto, si hoc in confi-  
nio duorum territoriorum accidit, in quo  
missum sit? R. si in uno territorio delictum  
inchoatum, in altero consummatum est, vel si hoc  
ipsum nesciatur, tunc utriusque territorii iudicium  
petet iudicium, erit tamen inter eos locus proven-  
tionis, ut scilicet cognoscat, qui prius cadaver repererit.  
l. j. C. ubi de crim.

33. Q. 3. an hoc fori competentia ex causa delicti etiam  
in foro ecclesiastico circa clericos procedat. R. aff.  
ex cap. 14. h. t. ubi habetur, quod Episcopus clericum  
in sua diocesi delinquentem privare possit beneficio  
etiam alibi obleno, ita tamen, ut huius execu-  
tio ad eum Episcopum pertineat, in cuius diocesi  
beneficium situm est.

34. Q. 4. An Clericus delinquens in monasterio ab  
abbate non habente jurisdictionem quasi Episcopa-  
lem puniri possit? R. Neg. quia abbas solum ha-  
bet jurisdictionem in personas regulares; eum ta-  
men capere potest, ut illum suo ordinario sistat,  
Abb. Sylv. apud Engel huc.

35. Q. 5. an ex causa delicti subiciatur quis foro peni-  
tentiali illius loci ubi deliquit, ut ibidem confiteri,  
et absolvi possit. R. neg. quia id nullo iure ostendi  
potest.

36. Nota de peregrinis huc agit. C. Engel, id est mera  
repetitione eorum, que dicitur l. j. d. n. 21. et seqq.



74  
Q. 3. An Judex loci et qualiter in jus vocare possit re-  
um absentem? R. ad 1. quidquid sit de jure veteri,  
hodie Judex loci non aliter eum citare poterit, quam  
si vagus sit, vel si in territorio suo reperiat. clam.  
2. de sent. et re jud. Nisi citatio jam ipsum reum  
intra territorium apprehenderit, quia tunc tanquam  
praeventus ibidem, etiam alibi existens recte cita-  
bitur, et contumace condemnabitur. Pan. m. c.  
fm. h. t. n. 6. et Gail 1. off. 56. et 57. R. 2. in  
causis criminalibus regulariter quidem potest re-  
alis citatio fieri, seu capi reus non tamen in leviori-  
bus, ubi poena est pecuniaria, nec reus suspectus de  
fuga.

### §. V.

#### De foro Clericorum.

Clericos a jurisdictione laicorum etiam jure divi- 30  
no exemptos esse tradit Trid. s. 25. c. 20. de ref. hi 39.  
itaque coram nullo alio iudice quam Ecclesiastico con-  
veniri possunt, hinc Judices saeculares ad suum fo-  
rum Clericos pertrahentes in eisdem procedunt, in  
excommunicationem incurrunt. c. 2. h. t. m. 6. p. 106. Nec  
obstat, quod forte Clericus coram eis litigare con-  
sentiat, quia haec exemptio concernit solum Cle-  
ricum, cui proinde privatim renuntiare nequit.

Q. 1. An etiam Clerici forum sortiantur ex cau- 40.  
sa rei sitae, contractus, delicti, domicilii? R. aff. c.  
14. et fm. h. t. ita tamen, ut solum coram iudice  
Ecclesiastico loci conveniantur; Et licet usus mira-  
luerit, ut Clerici actione reali, adeoque ratione rei  
sitae, coram iudice saeculari conveniantur; attamen  
huius usui jus resistit, nam bona Clericorum par-  
ticipant privilegium ipsorum. arg. c. 5. h. t.

Q. 2. An Clericus actor laicum convenire debeat 41  
coram iudice saeculari? R. aff. ex d. c. 5. h. t. Expen-  
sa tamen contra temere litigantem Clericum de  
rigore juris coram iudice Eccles. petenda sunt. Martha. p. 4.  
c. 136. n. 10.



42 Q. 3. An clericus etiam in minoribus constitutus  
gaudeat fori privilegio? R. aff. si beneficium Ec-  
clesiasticum habeat, vel si clericaliter procedens,  
de mandato Episcopi alicui Ecclesie miserviat, vel  
de eius licentia in aliquo seminario aut universita-  
te versetur. Trid. sess. 23. de ref. c. 6. Circa Cle-  
ricos conjugatos v. mis. l. 3. t. 3. n. 6.

213 Q. 4. Quis sit iudex, si dubitetur, num delin-  
quens sit clericus? R. si semper ut clericus in-  
cepit, iudicij Ecclesiastico eum sisti oportet, si  
vero solum ante capturam sic incepit, iudicij  
Ecclesiastico non restituetur, nisi prius probave-  
rit se clericum esse, interim vero conquirere  
debet iudex laicus. c. 12. de sent. excom. m. 6.

214 Q. 5. an etiam familia Clericorum sequatur fo-  
rum Ecclesie? R. aff. si sermo sit de familia Episco-  
pi. Q. 2. in c. fin. de off. archid. secus si agatur de  
famulis privatorum Clericorum, ut testatur  
ipsa praxis, licet id etiam de jure probabiliter  
asperi possit. Quod vero a iudice seculari non li-  
ceat eos extra domum Clerici extrahere, facile  
arguitur ex d. d. mit. de injur.

45 Q. 6. An in causa evictionis teneatur Cleri-  
cus suum emptorem laicum coram iudice secu-  
lari defendere? R. aff. quia Clericus tali casu  
non est reus principalis, sed rei defensor.

216 Q. 7. Quid juris si iudex laicus egeat testimonio  
Clerici? R. debet requirere ordinarium, ut a Cle-  
rico suo testimonium accipiat, postea si sibi trans-  
mittendum, vel ut det ei licentiam, ut coram  
se testem agat. Gail. j. c. 100. n. 16.

217  
+ foro Q. 8. coram quo iudice Clericus et laicus con-  
rei conveniri debent? R. in causa civili si sit  
dividua quilibet in suo, si vero sit individua ubi  
coram iudice Ecclesie conveniendus est. Martha. p. 4. c. 110. In causa tamen criminali quilibet in  
+ de evictione dictum est l. 1. t. 35. n. 14.



suo foro judicabitur, Cov. pract. qq. c. 34. n. i.

Q. 9. qualem potestatem habeat judex laicus circa clericum dimisso habitu delinquentem? R. si de fuga suspectus sit, probabile est, quod a judice laico capi et ad proprium Judicem perducere possit, modo major vis est non inferatur, quam eius resistentia exigit. DD. apud Engel hic. 48

Q. 10. An Privilegio, consuetudine, vel praescriptione laicis jurisdictio in Clericos acquiri possit? R. posse acquiri privilegio Privilegii, Papae saltem quoad certas personas vel causas, non autem consuetudine vel praescriptione. arg. c. 7. de praescript. 49.

\* hinc est; aliquando censura ipso jure lata consuetudine recepta non est, nihilominus poterit Judex Ecclesiasticus laicum Judicem contra jus detinentem Clericum excommunicare. c. 2. h. t. m. 6. 50.

§. VI.

De Reo preventivo.

Reus preveniri dicitur, quando jurisdictionis in eum ita ab uno Judice praecipitur, ut alteri in eadem causa amplius non competat. \* Inducitur preven- 51.

tio per solam citationem, sufficitque si una scilicet prima sit, et non peremptoria; ita DD. communiter. Requiritur tamen I. ut citatio 52.

fiat ad instantiam partis auctoritate judicis. II. ut sit valida, non ad diem feriatum, vel a judice incompre-  
sente facta. l. pen. C. Ne de statu de-  
funct. Convalescit tamen citatio  
invalida per comparitionem citati  
et perseverantiam in Judicio. Gloss.

\* Citatio peremptoria est ea, qua semel tantum fit, et tamen contumacem reddit vocatum in jus, si postmodum die non compareat.



et Barth. in l. j. d. j. ff. de feriis  
III. ut citatio pervenerit ad no-  
ticiam citati, vel ipse fece-  
rit, quò minus pervenerit; so-  
lum autem decretum citato-  
rium ante eius executionem  
non sufficit ad preventionem,  
licet alias sufficiat ad perpe-  
tuandam jurisdictionem in  
delegato. vid. Barth. de jurisd.  
p. 2. c. 3. n. 14.

55. Q. j. An Clericus circa res  
ante clericatum gestas in fo-  
ro seculari ut laicus preven-  
tus, postea ut clericus illic  
liberè terminare debeat?  
R. j. Negative, si agatur  
super crimine, adeo, ut nec  
in persona, nec in bonis,  
|: quo personam Clerici se-  
quuntur |: puniri possit,  
Barth. de jurisd. p. 4. Cap.  
121. n. 27.

R. 2. affirmative, si præ-  
ventus sit actione reali in  
causa civili; Ratio, quia  
res inquam actio realis



ante Clericatum instituta  
est, propriè nequit dici; cle-  
ricalis; de hoc enim liti-  
gatur, an scilicet sit ipsius  
Clerici; ergo ubi coeptum est  
iudicium, ibi lis finiri debet.

Dixi actione reali; secus enim 54  
dicendum de actione persona-  
li; quia in hac persona prin-  
cipaliter convenitur, et  
res, quæ petitur, est in  
dominio ipsius.

L. 2. An Clericus hæres la- 55  
ici possit coram iudice sæcui-  
lari conveniri, si lis cum  
defuncto jam coram eo coep-  
ta sit? Aliqui negant, alii  
affirmant. Nos Idemq ut  
prius, scilicet: affirmando, si sit  
instituta actio realis, secus,  
si personalis.

§. VII.

De foro legis diffamari. 5.  
C. de Ingenuis.

Nota in hac L. speciale forum 56.  
suppeditari iis, qui ab altero  
diffamati sunt, ut non de-



neatur ad hie Judicem diffamatoris, sed pro-  
fuit ad hie Judicem proprium, ac petere,  
ut diffamator cogatur ad probandam cor-  
tam eo veritatem suae Traductionis, vel  
si defecerit in probatione, imponatur  
57. nisi perpetuum silentium. \* Ratio hu-  
jus est; quia diffamans iudicè censetur  
actor, is enim prior movet litem et tacite  
accusat eum, quem diffamat, actor autè  
58. tenetur sequi forum Rei. \* at quia  
citatio non subditi viribus caret, ideo ju-  
dex diffamantis à iudice diffamati pro  
executione citationis requirendus est, ut  
59. eidem comparitionem iungat. \* Prius-  
quam tamen citatio decernatur, requi-  
ritur, ut diffamatus talem diffamationis  
probationem exhibeat, cui probabiliter cre-  
di possit. Gail j. obs. 10. n. 7. \* Caterum  
60. si diffamatus habet plures Judices, ut  
ratione domicilii, rei sitae se putant qui-  
dam non induci preventionem, aut obli-  
gationem, ut diffamans adeat illum Judi-  
cam, v.g. rei sitae, ad quem citatus est, sed  
prose ad hie Judicem domicilii. at  
id negat C. Engel, ne, inquit, re-  
medium, l. diffamari. elu-  
datur.